DE

TIB. SILII ITALICI PUNICORUM TROPIS.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA
MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

JOSEPHUS FRANKE,
GUESTFALUS.

MONASTERII GUESTFALORUM.
EX TYPOGRAPHIA ASCHENDORFFIANA.
MDCCCLXXXIX.

PARENTIBUS SACRUM.

Tropos et figuras apud singulas gentes secundum singularum linguam et eloquendi consuetudinem genere numeroque diversa fuisse ut facile intellegitur, ita indolem earum et cogitandi rationem tropis potissimum et figuris perspici posse et apparere qui paululum in his studiis versatus erit haud negabit. Quam ob rem qui linguae Latinae in dies magis cognoscendae operam navant, quin in tropos quoque et figuras, qualia apud singulos Romanorum scriptores exstent, accuratius inquirant, facere non poterunt. Tropos vero in carminibus potissimum lyricis, et heroicis, in orationibus figuras inveniri etsi constat, tamen has quoque in carminibus, illos in orationibus satis multa exstare et exemplis demonstrari potest et rei ipsius natura efficitur, unde in utriusque generis scriptis utrasque dicendi formas nobis investigandas esse apparet.

Equidem, ut meam quoque stipem, quantulacunque est, in Romanorum sermonis naturam cognoscendam conferrem, quae in Tib. Silii Italici Punicorum libris exstant, tropos et figuras collegi, quae his chartis in medium prolaturus sum. Cui quaestioni ut operam darem, et ea, quam modo dixi, causa commotus sum et his aliis. Quamquam enim argenteae, quam vocant, litterarum Latinarum aetatis, qui carmina heroica conscripserunt, poetas cum in rebus tractandis tum in dicendi genere Homeri et Vergilii vestigia satis arte pressisse constat [1]), tamen quatenus quisque illos auctores secutus sit ducesque habuerit, minus adhuc notum erat. Novissimo quidem tempore Antonius Zingerlius [2]) Ovidii eloquendi consuetudinem et imprimis ille quidem eius versuum clausulas cum posterioris aetatis poetarum contulit, sed inde ad

[1]) Cf. Oscar Haube „die epen des silbernen zeitalters der röm. litteratur". I et II progr. Fraustadt 1886 et 1887.

[2]) „Zu spaeteren latein. dichtern". Innsbruck 1873—79.

Vergilii eorum imitationem perspiciendam perpauca efficiuntur. Praeterea ab aliis viris doctis in aliis commentationibus, quas omnes enumerare longum est, quomodo singulis in rebus Valerius Flaccus, Silius, Lucanus, Statius Virgilium secuti sint, ita expositum est, ut exempli gratia in usum infinitivi et attributorum, quae vocantur, ornantium accuratius ab iis inquisitum sit. Multis autem de rebus adhuc nondum disputatum est. Quare ego Gebbingium secutus, qui in ea, quae „de C. Valerii Flacci tropis et figuris" inscribitur, commentatione Vergilii troporum exempla cum Valerianis congruentia exscripsit, locos Aeneidis Silianis similes, quantum quidem ad rem mihi propositam pertinet, suo quemque loco commemorabo [1]). Sed Valerii quoque eorundem troporum exempla e Gebbingii commentatione petita addidi, quippe quibus, quatenus eius aetatis poetae et inter se et cum Vergilio congruant, melius appareat.

Priusquam vero ad rem propositam transeo, antea enumerabo, quae inde ab huius saeculi anno octogesimo tertio a viris doctis de dicendi genere Siliano prolata sunt. Nam quae antecedunt iam Schinkelius [2]) accurate collegit. Ipse Schinkelius tertia commentationis suae parte de Siliano usu infinitivi disputavit. Post eum bis de Silii dicendi genere egit Robertus Doeringius, atque is quidem prius sub finem commentationis „De Homero Latino" conscriptae, Argentorati 1884, deinde in aliqua parte eius libelli, qui „de Silii Italici epitomes re metrica et genere dicendi" inscribitur, Argentorati 1886. Accedit Joannis Groesstii liber, qui „quatenus Silius Italicus a Vergilio pendere videatur" [3]), ut exponeret, in Silii primum compositionis artem, deinde imitationem singulorum Vergilii versuum, tertium in ea verba, quae a Virgilio novata aut inter se composita in Punicis eadem occurrunt, accuratius inquisivit. Denique proximo anno hic in lucem prodierunt Pauli Verris „de Tib. Silii Italici Punicis et Italici Iliade Latina quaestiones grammaticae et metericae". De Silii tropis et figuris quantum scio primus Rupertius egit, qui „de stilo poetico et potissimum Siliano" in Punicorum editionis tomi II appendice scripsit, post eum adhuc nemo. Rupertius autem, cum alibi deligentissime quidem

[1]) Cf. Braumueller [Rich.] „die trop. in Verg. Aen." Progr. des k. Wilh.-gymn. Berlin 1877 et 1882.

[2]) „De Siliano dicendi genere quaestiones". Lips. 1883.

[3]) Aquis Mattiacis 1887.

materiem colligere, sed male disponere soleat, Silii tropos et figuras ut brevissime ita cum satis magna incuria pertractavit.

In afferendis versibus Punicorum secutus sum editionem Rupertii[1]), quae Gottingae 1794—97 in lucem prodiit, in laudandis versibus Vergilii editionem Ribbeckianum, Valerii Baehrensianam.

---

[1]) Nova critica, quae vocatur, Silii editio ab Hermanno Blassio incepta nunc a Ludovico Bauero paratur, quam nondum confectam esse doleo. Cf. „neue iahrb. für philol. u. paedag.“ t. 137 et 138, III p. 193.

Tropus est dictio ab eo loco, quo propria est, translata in eum, quo propria non est. [1]) Utuntur autem scriptores et imprimis quidem poetae tropis nonnunquam inopia et egestate verborum coacti, cum ad rem aliquam significandam proprio vocabulo careant et novas voces aut ab inveteratis derivare aut invenire vereantur, interdum propter metrum, plerumque elocutionis ornatus, cultus, venustatis causa, quos tropos nisi in sermonis contextu bene intellegi aut probari non posse consentaneum est. De numeris et generibus troporum antiquis temporibus inter philosophos et viros grammaticos [2]), ut nunc quoque inter viros doctos [3]), minime constat, qua de re Quintilianus eo, quem supra diximus, loco *„circa tropum inexplicabilem et grammaticis inter ipsos et*

---

[1]) Et Graecorum et Romanorum viri grammatici philosophique quid sit tropus alius aliter docent. Quod quo melius cognoscatur eorum veterum grammaticorum, qui accuratius in hanc rem inquisiverunt, sententias paucis afferam. Atque ut prius Graecorum mentionem faciam, Tryphonis [Spengel Rh. Gr. vol. III p. 191] tropi difinitio est haec: *„Τρόπος δέ ἐστι λόγος κατὰ παρατροπὴν τοῦ κυρίου λεγόμενος κατά τινα δήλωσιν κοσμιωτέραν ἢ κατά τὸ ἀναγκαῖον“*; accuratius autem Hermogenes [de inv. or. Spengel Rh. Gr. II 254] quid sit tropus sic exponit: *Τροπή ἐστι τὸ μὴ ἐξ ὑποκειμένου πράγματος ἀλλοτρίου δὲ σημαντικὸν ὄνομα θεῖναι, κοινὸν εἶναι δυνάμενον καὶ τοῦ ὑποκειμένου καὶ τοῦ ἔξωθεν ἐμφαινομένου“*. Gregorius Corinthius denique [Spengel III 215.] tropum esse vult *„λέξεως φράσιν ἐκ τῆς καθ᾽ ἑαυτὴν ὁπωσοῦν ἰδιότητος μετατροπὴν εἰληφυῖαν“*. Ex Latinis vero grammaticis satis habeo cum Quintiliani tum Charisii verba attulisse, quorum alter [Inst. orat. VIII 6. 1.] „tropus, inquit, est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio“, alter [Keil Gr. Lat. I 272.] dicit: „Tropus est dictio translata a propria significatione ad non propriam per similitudinem“.

[2]) Cf. Rich. Volkmann „die rhetorik der Griechen und Römer.“ 2. aufl. Leipzig 1885 p. 416 sqq.

G. Gerber, „die sprache als kunst“ II[1] Bromberg 1873. p. 24—32.

Muetzell „progr. des Joachimsth. gymn “ Berl. 1842.

G. Dannehl „de tropis“. Quint. Inst. Or. IX 1. 5 sqq.

[3]) Cf. R. Gottschall „poetik“ Breslau 1855 p. 148—197 et imprimis annot. *) in pag. 149.

G. Gerber l. l. p. 32—34.

philosophis pugnam esse ait, quae sint genera, quae species, qui numerus, quis cuique subiciatur." Nam hi tria, illi novem vel decem aut etiam plura troporum genera esse volunt, cum alii nonnulla dicendi genera, quae plerumque in troporum numero habentur, in figuras referant. Quibus de sententiis iudicium facere cum et longum sit neque ad propositum meum pertineat, quot et quae dicendi genera equidem tropos esse putem et quo ordine de iis disputaturus sim, satis habeo paucis significasse. Duplici modo propria locutio cum ea, quae non propria est, mutari potest, atque primum quidem ita, ut alia quaedam res vel pars eius proprietasve pro alia cognata ponatur, deinde ut eiusdem rei vel pars vel proprietas (aut propinqua et finitima) in illius locum transferatur. Illo dicendi genere is tropus, qui translatio, Graece *μεταφορά*, hac qui synecdocha vocatur efficitur. Utriusque multas species esse apparet, quas accuratius enumerare omittam, praesertim cum in hac commentatione eo, quem dixi, ordine de tropis disputaturus non sim. Immo, quotquot commemoratione digni sunt, trito ordine enumerabo.

A. De translatione.

„Translatio est, inquit Cornificius *(IV. 34. 45.) cum verbum in quandam rem transferetur ex alia re, quod propter similitudinem recte videbitur posse transferri".* Similiter huius tropi vim exponit Tryphon cum dicit (l. l. p. 191 sq.): *„Μεταφορά ἐστι λέξις μεταφερομένη ἀπὸ τοῦ κυρίου ἐπὶ τὸ μὴ κύριον ἐμφάσεως ἢ ὁμοιώσεως ἕνεκα."* Planius autem et accuratius de translatione egit Quintilianus (Inst. or. VIII, 6. 4 sq) his verbis: „Incipiamus igitur ab eo (sc. tropo), qui cum frequentissimus est tum longe pulcherrimus, translatione dico, quae *μεταφορά* graece vocatur; quae quidem cum ita est ab ipsa nobis concessa natura, ut indocti quoque ac non sentientes ea frequenter utantur, tum ita iucunda atque nitida, ut in oratione quamlibet clara proprio tamen lumine eluceat. Neque enim vulgaris esse neque humilis nec insuavis apte ac recte modo adscita potest. Copiam quoque sermonis auget permutando aut mutando, quae non habet, quodque est difficillimum, praestat ne ulli rei nomen deesse videatur. Transfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut proprium deest aut translatum proprio melius est. Id facimus aut quia necesse est aut quia significantius est aut, ut dixi, quia decentius. Ubi nihil horum praestabit, quod transferetur impropium erit". Sed accedamus ad rem ipsam.

I. Translationes substantivorum.

1. Animalia pro animalibus, ratione praedita pro ratione praeditis ponuntur.

Saepius haec translatio in Punicis invenitur, quam apud Vergilium aut Valerium.

I 81 Elissa *genetrix* (sc. urbis Carthaginis) appellatur, ubi *conditricis* vocem desideramus. Similiter III 126 Himilce Hannibalem coniugem *bellorum genitorem* alloquitur et II 654 sq. Saguntum urbem *parentem murorum* caelo repetivisse Silius dicit. Eiusmodi translationes exstant quoque XVI 150, ubi legitur: *Nunc ipsam belli nobiscum invade parentem* et XV 184, quo loco Africa tellus *bellorum dira creatrix* vocatur. Addo XVII 640 sq., quibus in versibus de fera Pyrena, *matre bellorum,* sermo est, et XVII 427, ubi Mantua *genetrix Rulli et Norbani* appellatur. VIII 440 Picus *genitor* Asculum urbem statuisse dicitur. *Castrorum parens* vocatur Fabius VIII 2 sq, qui idem VII 735 a militibus *parens* et VII 737 a Minucio *genitoris* pro *servatoris* nomine praedicatur. Similium translationum exempla, quibus *genitoris, patris, parentis, genetricis, matris* vocabula inter se mutata sunt, invenies I 659. III 105. 140. 558. 567. 570. IV. 773. V 9. VI 690. IX 157. 160. XIII 662. XV 183. X 553 (genitor = proavus) XIII 538 sq. XVI 364 (*pater* equi cf. XVI 430). XVI 365 (genetrix = equa). XVI 603. XVII 3. 36. 238, multis aliis locis, quos omnes enumerare in re usitatissima longum est.

Incolae urbium et terrarum crebro a Silio *alumni* earum vocati sunt, exempli gratia I 292 sq, ubi haec leguntur: *Misit largo quem dives alumno, magnanimis regnata viris, clarum* [1]) *Ardea nomen,* III 40 *Libycae telluris alumnus,* IV 275. VIII 172. 424. XII 397. XIV 52. 342. XV 531. II 531 Tisiphone *Noctis alumna* pro *filia* appellatur, et XVI 475 Sicoris *proles bellacis Ilerdae* urbis esse dicitur.

I 668 Turnus *avus* pubis Ardeae vocatur, cum re vera priscus eius auctor esset. II 10 *atavi* et VIII 383 *avi* vocabulum pro *proavi* voce exstant. Jupiter II 66 Asbytae reginae *proavus* appellatur, quod non verum est. *Prolis* verbum de aquilae pullis usurpatum exstat X 110, qui iidem in versu insequenti *nati* eius vocantur. XVII 654 Scipio *proles* Tonantis appellatur et XII 644

---

[1]) Sic pro „nunc" adverbio bene conecit Ludovicus Bauer in „neue iahrb. f. ph. u. paed." t. 137 et 138 p. 193 sq.

et XV 144 Jupiter *pater* (omnium Romanorum) nominatur. Similiter Silius XIV 440 et XV 161 Jovem Hammonem *patrem* (Poenorum) vocavit.

Saepius Silius *vulgi* [1]) voce exercitum militum significavit, velut III 256. V 108. VIII 287. 396. 478. IX 224, quod idem vocabulum de Marmaridarum gente adhibitum invenitur III 300, ubi haec leguntur: *Marmaridae, medicum vulgus, strepuere catervis,* cum XV 2 copiae Romanorum in Hispania sine duce versantes *gentes trepidae* vocentur. *Vulgus* pro multitudine usurpatum exstat X 226, et 650 sicut II 697 animae mortuorum *venerabile vulgus* et V31 sq lixae *vulgus Marti inutile* dicuntur. *Exercitus* vocabulo Silius XVII 165 agmina umbrarum complectitur, cum XII 619 de *agmine* aquarum sermo sit. *Gregis* quoque voce saepius ad multitudinem hominum significandam usus est Silius, exempli gratia VII 58. X 163. XIII 360. 547. XIV 134. XVI 484. Denique hic commemoraverim *populi* vocabulum pro *agminis* XIII 408 exstare his verbis: *Tunc populus tibi regna suos pallentia mittent.*

Speculator futuri dicitur Fabius I 679. Saepissime *rectoris, ductoris, ducis, gubernatoris, regis, magistri, alia eiusmodi* vocabula inter se commutata apud Silium inveniuntur, quo ex numero pauca exempla commemorasse satis habeo. [2]) Sunt enim *rector* = dux exercitus III 238. VI 370. 593. VIII 161. 469. 546. 607. X 251. XI 210. 494. 521. XV 9. 260 sq. 331. XVI 141. 305. XVII 137. 534. 585 sq. 625, *rector* = dux navis VI 356. 682. X 608, *rector* = rex XII 675 (rector superum = Jupiter). XV 277 sq. 414. XVII 128, *rex* = dux exercitus IV 131. 446. V 545. VIII 211. Praeterea legitur *ductor* navis XIV 408. 453, *magister* equi III 387. cf. XVI 328, *magister* elephanti IV 614, *magister* castrorum XV 606 sq, *magister* navis IV 717. X 612. XIV 401, *magister* currus XVI 367, *magister* militiae XVI 201 sp, *magister* belli VII 47, 495, *magister* phalangis X 98. *Possessor* pelagi vocatur Lutatius VI 687, cf. XV 700, „Canthus *possessor arenae*". *Domitor* maris appellatur Neptunus IX 291; *domitor* telluris Hiberae vocatur Scipio XV 642, idem *pacator* terrae Hiberac XVI 245, quocum versu conferas XVII 337, ubi legitur: *Certatus nobis hodie „dominum" accipit orbis.* Denique *capitis* vocabulo Silius pro *ducis* usus est IX 226, ubi Nealces *agminibus caput positus esse* dicitur, atque X 52, ubi Paullus *caput rerum* vocatur, cf. ib. 310 et XIII

---

[1]) IV 265 vulgus, si scripturam Rupertii veram esse putes, viri minus fortes intellegendum est.

[2]) Cf. Pauli Verris comm. p. 90 sq.

862 (gratum terris Magnus caput) et XV 649. *Caput* pro *principe* senatus invenitur XIII 261.

Elegantius huius translationis genus apud Silium exstat in substantivis in — *tor* desinentibus, quae a verbis *inveniendi, gignendi, creandi* derivata sunt, cuius graviora exempla haec sunt. Ex agricolarum operibus translatae sunt voces *satoris, cultoris, sulcatoris,* quarum prima *genitoris* vocis vi fungitur III 364 (cui Tlepolemus sator), IV 430 (rerum sator), VIII 258 (turbarum sator), IX 294. 306 [sator aevi], cf. Aen. I 254 et XI 725 [sator hominum], altera *incolam* significat V 272 [cultor arenae], tertia cum *nautae* verbo coniuncta VII 363 exstat [sulcator navita ponti]. *Auctor* deinde teli pro *iaculatore* teli dictus invenitur IV 464. Hannibal IX 199 se ipse *ductorem* honoris apellat, sicuti XIII 261 Virrius *ductor perfidiae* vocatur. XIII 738 Hamilcaris animam Scipio *genitorem fraudum* alloquitur; XVI 216 de *conditore artis* [sc. artificii] sermo est.

Labarus et Tadus IV 232 *inferiae* vocantur et XI 249 sq Decius *victimam* se cadere dicit. Similiter XV 443 sq Hannibal Sabburam pontificem *primam hostiam* in campo iacere exclamat.

Restat, ut rariora huius translationis exempla afferam. VI 288 anguis *famulus* Naiadum esse dicitur, quocum versu conferas XIII 886 et X 108, ubi aquila *armiger Jovis* appellatur, quod idem XIII 841 factum est.

Fabius VIII 217 a Silio in *heroes* relatus et Varro VIII 251 *arbiter* fati factus est. VIII 53 Aeneas *maritus* profugus Didonis appellatur. Charon IX 251 *portitor* umbrarum vocatur. Paullus consul X 273 sq *unicus* rerum fessarum esse dicitur. Scipiones XV 4 *pectora Mavortia* et XVI 87 *numina belli* praedicantur.

Praeclare Hannibal I 569 *fera* et VII 401 *leo* Lybicus vocatur, qui vallo adsultaturus sit. Neque minus graviter Hanno II 361 *imbellis femina* satis acerbo, quem vocant, sarcasmo sugillatur.

2. Pro animalibus et ratione praeditis inanimata et ratione expertia ponuntur.

Huius translationis exempla apud Vergilium et Valerium eadem vel similia atque in Punicis exstant.

Aliquoties inanimatae res naturae pro animalibus vel partibus animalium usurpatae inveniuntur, velut Scipiadae VII 106 sq *fulmina* gentis vocantur atque Hannibal XV 664 *fulmen* belli appellatur, quod vocabulum eadem sententia usurpatum

exstat in Aen. VI 842, ubi gemini Scipiadae *duo fulmina belli* dicuntur.

Regulus VI 130 sq *lumen* gentis et Hannibal IX 532 sq *lumen* Libyae praedicatur. Eandem translationem invenies in Aen. XI 349, ubi Vergilius *lumina* ducum pugna occisa maeret. Similiter Silius XIII 707 Scipionem *lucem* Italiae vocat, quocum versu conferas Aen. II 281 [Aeneas = lux Dardaniae]. V 379 Hannibal *atra nubes belli* vocatur. XVII 112 Syphacis coniunx *tertius ignis* appellatur, cuius eiusdem translationis exemplum in Aen. VII 320 exstat. Hannibal III 83 uxori imperat, ut filium *cineri patris* Laurentia bella iurandum curet pro *animae patriae;* Romani XVII 363 *cineres* Troiae dicuntur.

Eleganter Fabius VII 23 sq *ultima fessis ancora* vocatur. Idem VII 544 *sol* apellatur, qui *nocti* i. e. Minucio, magistro equitum, concedat. IX 414 ea translatio exstat, qua nos saepissime uti solemus; illo versu Varro *fons* cuncti mali vocatur. XV 385 Marcellus *columen* Ausonii regni et XVI 68 Larus *murus* miserorum appellantur. In eiusdem libri versu 615 de Hannibale haec scripta legimus: *Hanc segetem mete,* qui idem I 646 *fluctus* esse dicitur hisce verbis: *Spumeus hic, medius qui surgit ab aequore fluctus, vestras effringet in urbes.*

Graviter Labrius senex V 571 *stipula inanis* significatur.

IV 390 sq Virbius *ultima palma* hostibus restitisse dicitur, quocum loco haud immerito conferas XVI 462, quo versu currentium ultimus *extrema palma* vocatur, et ib. 503 et 573, quibus locis de *tertia palma* sermo est.

Publicola II 8 *ingenti Volesi Spartana propago* appellatur, quocum versu conferas XIII 749 sq *o vera propago* [sc. Hannibal]. Eadem sententia *stirpis* vocabulo Silius VI 88 usus est, ubi haec scripta inveniuntur: *Ac stirpem tantae periura recedit surgentem Carthago domus*, quae eadem vox VI 627 haud aliter usurpata legitur.

Brachia Atlantis I 208 *cautes* appellantur. I 497 Murrus *tota se mole* i. e. corpore vel corporis vi etulisse dicitur, cuius vocabuli similem usum videas XIV 78. XV 337. XVII 556 [cornipedis moles ruit] IX 239, ubi elephanti *turritae moles* vocantur. *Molis* vocabulo pro *turbae* vel agminis vocibus Silius usus est I 521 [homines *glomerata mole* feruntur] IX 300. 560. 570 sq. XI 27. XII 39. XVII 60. 649, aeque atque Vergilius in Aen. XII 575 dicit: *Densaque ad muros mole feruntur.* I 664 validissimae Samnitium copiae *robur Samnitum* vocantur, quod vocabulum eadem vi usurpatum invenies VIII 446 [robur ruricolarum], VIII 586.

XI 157. XV 412. 655. Conferas velim Aen. VIII 518 sq [robora pubis lecta] et Pun. IX 106 *victoris iuvenile robur* i. e. iuvenilis victoris vires et XI 157 *non invictum ponebat pectore robur* [cf. Hor. carm. I. 3. 9 sq.]

IV 648 sq. *attonitas turmas tela tenere* Silius dicit vice *attonitos milites. Coronae* voce ad densam exercitus multitudinem coronae instar significandam usus est V 200 *per colles Tyria circumfundente corona* et XIII 140. Cf. Aen. IX 508 sq [corona non tam spissa viris] IX 551. X 122. XI 475. XII 744. Simili sententia vocabulum *cunei* satis eleganter apud Silium usurpatum invenies V 380 sq. [trepidantes invadit cuneos] IX 238. 364. XIV 539. XV 668. 716, quibuscum locis conferas Aen. XII 457 et 575.

I 349 *globos pugnantum* aggere urbi desuper impositos esse Silius narrat, qua eadem vi vocem *globi* usurpatam invenies I 450. IV 73. 311. 461. 519. V 535. VII 706. X 137. XI 232. XIII 493. XV 370. XVII 425 et apud Vergilium in Aen. IX 409, cum Silius VI 336 *nubem* densam Laconum ad proelia circumfundi dicat, quocum loco conferas Pun. VII 84, XII 168 et Aen. VII 705.

Eleganter Silius XII 185 *turmas inopino flumine* ruentes facit et XII 189 sq *torrentis* vocabulum in turbam virorum transfert, cum dicit: *Nec torrente, Libys, viso armorumque virumque deiectus sperare valet,* quocum loco conferas XIII 760 *umbrarum huc agitur torrens* et IV 158 sq *spissaeque suunt conferta per arma „undae" Boiorum.* Similem vocum *turbinis* et *tempestatis* translationem invenies XV 626 sq., ubi haec exstant: *Ruit acer apertis turbo equitum portis atque omnis ferrea late tempestas operit campos.*

VIII 251 Varro operam dedisse dicitur, ut foret *momentum rerum.* X 288 Paullus de anima sua ut de *imagine* loquitur cum dicit: *Nec manes tam parva intramus imago,* quocum loco conferas XIII 444 *dum castae procedat imago Sibyllae. Simulacra* i. e. manes virorum succedere dicuntur XIII 650 et similiter legimus XVII 547: *Tum fallax subito simulacrum in nubila cessit* i. e. Juno dea, cum XIII 779 Silius Homeri animam *effigiem castam* vocaverit, quocum loco conferas XIII 799. XV 181. XVII 524.

Insolita translatio exstat XI 412, ubi exercitus Veneris [sc. Amores] *flammiferae pennae* vocantur. Neque enim hoc loco, id quod Rupertius libri V versu 19 nisus putat, ubi *Idalia sagitta* amor nymphae intellegenda est, de sagittis exercitus Veneris cogitandum est. Nam si Rupertii opinio staret, versus insequens, quo pectora pubis Marusiae telis ab Amoribus fusis pariter tepuisse dicuntur, nimis langueret.

XIII 629 Jupiter *aethereum pondus* vocatur. XV 57 sq de

Deo haec verba exstant: *Atque idem exemplar lenis mortalibus aevi — tenet otia.* XVII 70 *toros* propter *parandi* verbum coniugem intellegendos esse puto, etsi editoribus *coniugium* illa voce significari videtur.

XVII 152 Hannibal *reliquum opis auxiliique* Carthaginiensibus esse dicitur; in eiusdem libri versu 174 Massylorum regem Jovi *novam pompam* servari Hannibali in Italiam nuntiatum esse Silius narrat. Ib. 197 sq Hannibal acerba cum ironia de se ipse praedicat: *Se unum nunc patriae esse subsidium.*

Denique Silius ut Vergilius saepissime *decoris* vocabulum in homines transtulit, velut II 435 [iuxta triste decus pendet . . . Regulus] II 484. 697. IV 184. V 9. 412. VII 692. 734. VIII 227. X 88. 572. XI 158. 603. XII 175. 257. 363. XIII 30. 384. 496. 515. 666. 821. XIV 138. 341. XV 184. 359. 453. 547. XVII 197, quibuscum locis hos Vergilii Aeneidis versus conferas: XI 508 [Lavinia est *decus Italiae*] IX 18. XII 142.

3. Pro inanimatis et ratione expertibus animalia et ratione praedita ponuntur.

Exempla huius translationis, quippe qua poetis prorsus opus sit, ut apud ceteros carminum auctores, ita apud Silium Italicum et Vergilium permulta similia vel eadem fere exstant, quare quae ex Aeneide petita sunt, numeris uncis inclusis Silianis adiunxisse satis habebo.

Initium faciamus ex gignendi et pariendi vocabulis. [1]) I 218 tellus Nomadum *altrix* bellorum bellatorumque virorum vocatur, sicut I 659 Sicoris *per pignora „genetricis" Troiae*, ut sibi auxilio veniant, a Romanis petit. Conferas velim III 372 sq. *quam altrix celsa mittebat Saetabis arce* et IV 657, ubi de *undis Trebiae parentis* et IV 690 sq., quo loco de *Eridano patre* sermo est. Similiter V 69 humus *ipsa parens*, V 543 Anagnia urbs *mater Butae*, VIII 361 Collatia urbs altrix Bruti, VIII 454 sq. Albula flumen et IX 187 sq. Eridanus flumen *patres aquarum et undarum,* XII 540 Thybris genitor Anienis, XIV 208 sq. Agragas mons *altor equorum,* XV 184 Libya tellus *bellorum dira creatrix,* XV 612 nox

---

[1]) Exemplorum, quae iam supra [Transl. I 1.] attuli, hic iterum nonnullorum ea de causa mentio mihi facienda est, quod illic allata sunt, ut animalia non propria pro animalibus propria posita esse ostenderem, hic rebus inanimatis, velut urbibus et terris, animalium facultates tributas esse iisdem exemplis comprobatur.

genetrix somni, XVI 150 Carthago urbs *parens belli*, XVII 427 Mantua urbs *genetrix Rulli et Norbani*, XVII 641 Pyrene mons *mater bellorum* vocantur. [Cf. Aen. III 96. X 172. XI 71. XII 208 sq.]

I 624 sq ensis *pensati auri „arbiter" improbus* esse dicitur. Similia exempla exstant IV 25 sq: *Haud segnis cuncta magister praecipitat timor*, IV 134 sq *tum dictis comitem contorquet primus in hostes ... hastam"*, IX 568 sq *hasta comes dictis pectus transforat*, XIII 271 sq *cui cordi comes aeterna est .. libertas*, V 118 sq *sat magnus in hostem augur adest ensis*, V 477 sq *non aequus in artis nimirum rebus suasor metus*, V 655 *ultrix hora vocat*, nisi hoc loco ultricis vocem nomen adiectivum esse putas, VII 449 sq *testis certissima vestrae ecce dies pietatis adest*, VIII 82 sq *mors testis et ille ... rogus*, VIII 476 sq *adfuit et sacris interpres fulminis alis Faesula* [urbs], VIII 598 sq *et quondam Teucris comes in Laurentia bella Ocni prisca domus*, VIII 637 *regnorum eversor rubuit letale cometes*, IX 496 *placet hic [Volturnus ventus] irae .. ultor*, IX 532 sq *sed lumen alumnae Hanibalem Libyae pelli vita*, X 341 sq *quo [sc. somno] saepe ministro componit [Iuno] lumina fratris*, XI 383 sq *atque eadem vitae custos mox deinde quieto accepit tellus ossa inviolata sepulcro*, XIII 77 *foederis, en, haec [manus] testis erit*, XV 153 sq *it comes Ausonia*, XV 592 sq *quae coniuncta [castra] feroci Livius Hasdrubali vallo custode tenebat*, XVII 68 *et mensas testes* [immemor].

Corpus animalium vel partes eius in res inanimatas translata exstant his locis.

Proles vocantur minores arbores e maioris quercus radicibus enatae X 168 sq: *Et omnem collabens [quercus] operit spatioso stipite prolem*. Voraginem inferorum *sine corpore* esse dicit Silius XIII 562 [cf. Aen. V 683. XI 313].

Caput terrarum utrum Romae an Carthagine poneret Fortuna diu quaesivisse I 7 sq fertur, quocum loco conferas XV 194 sq *terris Hiberis haec [sc. Carthago nova] caput est* et VIII 505 sq *Marruvium urbibus est illis caput*, XI 530 sq *populis sis omnibus una tum, Carthago, caput*, I 29 sq *verum ubi magnanimis Romam caput urbibus alte exserere ... videt;* praeterea tribuit Silius *caput* imperio Romano VII 95, Volturno vento IX 513 sq, hiemi XII 1, Oceano XVII 244 *ac totum Oceani turbat caput* i. e. superficiem. *Capitis* vocabulo *fons* Rhodani fluminis significatur III 447 sq *aggeribus caput Alpinis et mole nivali proserit in Celtas*. Denique *cacuminis* vel *culminis* verborum vice *capitis* vox fungitur II 313 sq

subsidet mole nivali Alpibus aequatum attollens caput Apenninus, IV 742 *caelo miscens caput Apenninus,* V 482 *nubibus insertans altis caput sc. aesculus;* [cf. Aen. VI 360. IX 682].

Os cum translatione adhibitum pro adspectu vel terra circum sita exstat III 66 his verbis: *At puer, obsessae generatus in ore Sagunti.* Idem vocabulum vocis *foraminis* vim prae se fert V 48 *ore levem patulo texens de vimine nassam,* quocum versu conferas VIII 538 sq *et ardeus ore giganteo sedes Ithacesii Baii,* XIII 425 sq *atque eructat [sc. specus] acerbam Cocyti laxo suspirans ore paludem* XIV 144 sq *pontumve sonantem eiicit angusto violentius ore Propontis;* [cf. Aen. II 482. VI 53. I 245]. De *ostio* fluminis *oris* vocem usurpatam invenies XVII 9 sq *adque os amnis . . . obvius properabat Scipio*; „invidiae„ os tribuitur VIII 290.

Crinis vox pro radiis cometae eorumque longo tractu usurpata est I 358 sq *qualis sanguineo perstringit lumina crine . . . ignea lampas,* I 461 *crine ut flammifero terret fera regna cometes,* VIII 636 sq *non unus crine corusco regnorum eversor rubuit letale cometes;* [cf. Aen. V 528.]

Coma et *comae* pro fronde arborum dicta exstant IV 682 *iamque ambusta comas abies, iam pinus et alni,* V 488 *umbrabatque coma [sc. quercus] summi fastigia montis,* X 530 sq *hinc ornus et albae populus alma comae . . scinditur,* XIII 595 sq *dextra vasta comas nemorosaque brachia fundit taxus;* [cf. Aen. II 629. VII 59. XII 209.]. Alas Poenorum laevos gyros in „cornua" sinuasse dicit Silius IV 316 et II 126 extremae partes arcus „cornua" vocantur his verbis: *Junctis iam cornibus arcus.*

Verticis vocabulum sicut *capitis* pro montium cacumine vel pro toto monte [1]) usurpatum invenies I 128 *cuius [sc. molis scopulorum] in aerio pendent tua vertice castra,* I 548 *adspectans Pyrenes vertice,* II 581. 660. III 417. 555. IV 152. 347. 520. 743. 823. V 45. 206. 486. 613. VI 324. 644. VII 274. 366. VIII 390. 655. X 375. XI 339. XII 55. 152 sq. 499. 609. XIII 346. XIV 57. 68. 121. 203. XV 174. 405. 776; [cf. Aen. II 308. V 759. VI 805. VII 674. X 230. XI 526. XII 702 sq.] In *vertice coni* II 398 sq pennae vibrare dicuntur, quae eadem translatio X 179 exstat, ubi haec leguntur: *Excelsi correptum vertice coni.* IV 230 Scipio equum infert, *qua medius pugnae vorat agmina vertex.* V 133 sq crista *vertice* cassidis surgens iubas crine Suevo effundere fertur, quocum versu conferas IX 445 sq *summaque in casside largus undantes volvit flammas ad sidera vertex.* Igni *vertex* tribuitur II 630 sq

---

[1]) Cf. Synecd. II. a. ζ. 4.

densum qua turbine nigro exundat fumum piceus caligine vertex, IV 306 sq. *nigranti piceus sensim caligine vertex volvitur*, V 512 sq. *verticibus saevis torquet Vulcanus anhelos cum fervore globos flammarum,* VII 355 *et vincens fumos erumpere vertex* [sc. flammae vel ignis], [cf. Aen. XII 673]. Eleganter VII 563 Roma urbs in *vertice* terrarum stare dicitur his verbis: *Nullaque nunc stares terrarum in vertice Roma.* Denique *vertex* fluminibus, ventis, mari tributus invenitur III 475. VIII 449. 628. IX 286. 502. XIV 254. 556. XVII 271 sq.

Rictum morti dedit Silius XIII 560 sq. *has passim nigrum pandens Mors lurida rictum itque reditque vias.* F*etus* chalybis humus nutrire dicitur I 230. *Frontis* voce pro *aggeris* vocabulo usus est Silius I 327 *cura subit, collem turrita cingere fronte,* cuius vocis similes translationes his Punicorum locis inveni: IV 403 sq. *horrida primi si sors visa loci pugnaequae lacessere frontem* i. e. primus hostes aggredi, V 307 sq. *propiorque a fronte coruscae lux galeae saevas paulum tardaverat iras,* VII 257 *nullasque movent [sc. venti] in frontibus alas,* XII 2 sq. *et austrifero nebulosam vertice frontem immitis condebat hiems,* XII 37 *nam frontem [sc. moenium] clauserat aequor,* XV 227 sq. *sed gelidas a fronte sedet sublimis ad Arctos urbs imposta iugo,* XIV 76 sq. *qua diversi lateris frons tertia terris vergit in Italiam.*

Tempora hiemi tribuit eo, quem iam bis commemoravi, loco, XII 1 sq. *[fecundaque nimbis tempora . . . condebat hiems], aures* urbibus VI 508 sq *aut si praecluserit aures urbs inimica suos* et VII 518 *Roma auribus haeret,* vulgo XII 338 *vulgique deus pervenit ad aures, oculos* Romae XII 519 *Roma oculis [sc. haeret.]*

Facies monti est III 480 sq., ubi haec leguntur: *Riget ardua montis aetherei facies,* quocum versu haec similia exempla conferas: IV 437 sq. *letique cruenti innumerae facies* i. e. genera, IV 591 *mille leti facies,* VI 556 *arcis facies,* VI 692 *pacis facies,* VII 367 sq. *facies flammarum* = adspectus flammarum, X 390 *rerum facies,* XI 281 sq *facies luxus* = adspectus luxus, XII 665 *facies Olympi,* XIV 360 sq. *salis facies* = superficies, XVII 283 *facies ponti emoti,* XVII 598 sq. *facies pugnae.* Cum casu genetivo nominis substantivi non coniuncta vox *faciei* adspectus vocabuli vice fungitur IX 254, *iuxta terribilis facies* et XVII 603, *prostratis facies aperitur dira maniplis.*

Faucis vocabulum Silius in montes et aquam transtulit IV 825 *ad claustra et fauces [sc. montium] ducat per opaca Sychaeus,* XII 438 *fauces aequoris,* XIII 404 *fauces Averni,* XV 222 *fauces*

ponti, XV 367 *fauces collis*. *Terga* data esse ab Ausonia dicit Silius XI 522 sq, a catervis militum XII 416.

Dorsi vocabulum de montis 'cacumine usurpatum invenies VII 692 sq., cf. XII 533, de montibus Sardiniae XII 372 sq., Siciliae XIV 77, [cf. Aen. I 110. X 303], de superficie Siciliae XIV 591 *squalebat tellus, vitiato fervida dorso.*

Brachia taxo dedit Silius XIII 595 sq *nemorosaque brachia fundit taxus*; [cf. Aen VI 282 XII 209.] *Manus* vox pro curva cuspide trabis usurpata exstat XIV 320 sq. *trabs . . . praefixa gerebat uncae tela manus*, quocum loco eos, qui sequuntur versus conferas, quibus haec leguntur: *Ea [sc. trabs] . . . bellantes curvi rapiebat in aera ferri unguibus.* [cf. Aen III 217.]

Gremii verbum eadem sententia, qua nostro sermone vocabulum *schoss*, saepius in terras translatum in Punicus exstat, dico II 574 *gremium Libyae,* IV 786 *gremium patriae,* V 69, *gremium parentis* [sc. humi], [cf. Aen. III 509, V 31. VII 233,] XV 533 *gremium Telluris Italiae,* quibus locis addo VIII 190 sq *gremium Numici fluminis* [cf. Aen. VIII 713] et XII 204 *gremium Capuae. Viscera* terrae tribuuntur I 231 sq. *Astur visceribus lacerae telluris mergitur,* XII 141. XIV 15, genti III 709 [cf. Aen. VI 833], monti V 396 [cf. Aen. III 575], Italiae VII 489 sq., turri XIV 308, pinui XIV 382. Similiter intimae telluris partes *medullae* telluris XII 135 sq. vocantur.

Venae vox de interioribus lapidis partibus usurpata est I 229 *electri gemino pallent de semine venae* et II 445 *venae silicis* [cf. Aen. VI 7], cum III 250 sq. pro fonte adhibita inveniatur. *Nec destituit Barce sitientibus arida venis. Pedis* verbo ad cursum fluminum significandum Silius usus est VI 140 *turbidus arentes lente pede sulcat arenas Bagrada* [cf. Aen. IX 125. X 307]. *Sanguine* tecta Jovis Romanis cognata esse VIII 341 sq. dicuntur. *Membra* Romae tribuuntur XII 318 *ac membris Roma omnibus usa* et Carthagini XVII 149 sq. *stabat Carthago truncatis undique membris.*

Alvi vocabulum in *nassam* translatum habes V 49 et in navem XIV 428. *Latus* saepissime in terras et res translatum, id quod in prosa oratione idem fieri solet, in Punicis exstat, velut IV 46 et XV 165 *latus Asonium,* XIII 109 *latus aggeris,* XIV 76 *latus Siciliae,* ib 306 *latus navis,* XVII 239 *latus ponti* legitur. *Alae* denique a Silio Homerum secuto *ventis* tribuuntur III 523 sq. *Corus nives fuscus agit horridus alis,* VII 527. IX 515. XII 617. XIV 124. XVII 248, *fulmini* VIII 476 [cf. Aen. V 319], *somno* X 344 sq. Somnum Silius X 354 sq. *pennas* soporas quatientem

fecit, quibus eisdem *Victoria* XIV 675, *Infamia* XV 97, *equus Astur* XVI 391 praediti esse dicuntur.

4. Pro inanimatis et ratione expertibus inanimata et ratione expertia ponuntur.

a. Notiones, quibus propria sententia nobis non uti licet nisi de animalibus.

Gemitus moli tribuitur III 643 *dat gemitum putris resoluto pondere moles*, scopulis V 398 *dant gemitum scopuli*, fortasse igni Aetnae XIV 58 sq *ast Aetna eructat tremefactis cautibus ignis inclusi gemitus* [1]); [cf. Aen. VIII 219 sq.]

Alia, quae huc spectant, exempla in Punicis leguntur haec: *Silentia* vasta sc. noctis I 67, cf. VII 350 et XII 219 *silentia vitae* i. e. requies; [cf. Aen. II 255], *responsa* artuum spirantium hostiae I 121, *mors* Sagunti I 332, *caedes* Sagunti IX 292, *funus* Romae XI 235, *clangor* [tubarum] I 338, [cf. Aen. II 313 VIII 526], *mugitus* caeli i.e. sonitus ruinae a caelo repulsus I 369 sq., ubi in Rupertii editione haec leguntur: *Herculeus labor . . . mugitum ingentem caelo dedit.* Sed Ludovicus Bauer [2]) vere mihi ostendisse videtur Oxoniensis codicis scripturam *caeli* in contextum verborum recipiendam esse. Praeterea invenitur:

Mugitus fluvii VI 283, cf. IX 522, *murmur* cori venti I 469, cf. VII 256 et XII 629, *murmur* torrentis IV 641, *murmura tubae* V 12. XI 289 sq XV 460, *murmur* cantus VI 669, *murmur* Anienis XII 540, *murmur* caeli = tonitrus XII 603 et 685, *murmur* Acherontis XIII 581 sq, *murmur* Aetnae XIV 58 sq, *murmur Boreae* XIV 121 sq, *murmur* conchae XIV 374, *murmur* clangoris XVI 94, *nutamen pennae* II 399, *vigor* moenium II 507 sq, *vigor* Parthenopae [Neapolis] XII 28, *vigor* animi XVI 494, *violentia* caeli rupti III 196, *violentia* ponti XVI 96, *opes* Rhodani = aqua Rhodani III 451, *lacrimae* aurorae = ros III 332, *lacrimae* Romae IX 350, *cursus* noctis XIII 413, cf. V 24 sq *[et iam curriculo nigram nox roscida metam stringebat]*, *aevum* glaciei = perpetua glacies III 480, *aevum quercus* V 485, „aevum“ factorum XII 391 sq, nisi forte hoc loco aevum

---

1) Omnes adhuc Punicorum editores hoc loco „gemitu“ ignis inclusi sonum significari putaverunt, cum Silium Vergilii Aeneidis III 575 sq imitatum esse existimarent, ubi legitur: „Interdum scopulos avolsaque viscera montis erigit [sc. Aetna] eructans liquefactaque saxa sub auras cum gemitu glomerat“. Sed mea sententia hoc Punicorum loco „inclusus gemitus“ gemens Tiphoeus gigas in Aetnam montem inclusus intellegendus est.

2) l. l. p. 193 sq.

ad *viri* vocem pertinere putas, *aevum* mundi XIII 528, *aetas* nominis Dardani i. e. gentis Romanorum VII 11, *aetas* turrium IV 22, *vetustas* murorum IV 20, *regnum et domus Alpina* flatuum et ventorum III 491 sq, *vincula* Ausoniae et Thybris III 511, *iugum* montium et saxorum IV 2 sq, *opem* muris ferre IV 20 sq, cf. XIII 159, *ingenium* collis propinqui IV 90 sq, *ingenium* portus XIV 283, *ingenium* membrorum XVI 46, *vestigia* cruoris IV 257, casta *vestigia* tori VI 438 sq, urbis *vestigia* priscae VIII 622, *vestigia* pulveris XV 603, *vestigia* Agenoreae dextrae XXI 692, *vestigia* pugnae XVII 599 [cf. Aen. IV 23], *vires* ignis IV 305, cf. XI 83 *nec vitiis deerant vires* [cf. Aen. VII 301], *rabies* Trebiae amnis IV 648, *rabies* undae IX 283 sq, *rabies* Volturni IX 405, *rabies* caeli XII 669 [cf. Aen. V 801 sq], *saevitia* caeli IV 782, *fraus* foraminis V 51, *fraus* loci VII 274 et XII 352, *fraus* pacis XIII 725, *fraus* laboris XIV 336, *fraus* armorum recentum XV 601 sq, *nisus* doloris V 325 sq, *consulta* timoris pravi V 479, cf. XIII 402, *vulnera* mentis V 648, *vulnera* Ausoniae VII 2 sq, cf. VIII 24, IX 350, XI 166, XV 579 [*vulnera* Romae] XIV 382 sq *vulnus* sc. navis = rimae navium rostrorum impetu effectae, XVII 111 *adcitaque regno lenierat pubes infaustae vulnera noctis* = damna nocte accepta, *vellera* lucorum VI 4, *vellera* ramorum XIV 664, *furtum* noctis opacae VI 70 sq = viae occultae, *furtum* viae VII 136, *furtum* armorum XVII 90 = occultum exercitus iter fraudesque eo paratae, *nobilitas* poenae VI 114, *halitus* [terrae] VI 148, *pax* loci VI 168 = quies loci, cf. VII 258 *pax aequorum,* VII 266, XVI 683 sq *pax telluris,* XVII 210 sq *pax* salis, *amplexus* fortunae VII 245, *amplexus* [Mulcibri i. e.] ignis XVII 102, *morsus* famae VII 271 i. e. dolor fama mala paratus, *morsus* loricae = eae loricae partes, ubi fibulae ligatae erant VII 624 sq, *morsus* necis = dolor moriendo paratus XIII 274, cf. XIV 327 *morsus tenaces,* forsitan = morsus tenaces trabum, quamqam equidem morsus vocem hoc loco abstracte dictam esse pro uncata cuspide trabis puto, XVII 344 *qui te mentis edunt morsus [= dolores] da noscere* [cf. Aen. I 169 et XII 782 sq], *dona* noctis = somnus VII 287, *irae* mucronum VII 344 *et dant muconibus iras* i. e. acuunt mucrones armorum, cf. XII 610 *irae grandinis,* quibus verbis Rupertius grandinem, quem Iupiter *iratus* mittat, significari dicit, cum equidem ea de vehementi ipsius grandinis impetu usurpata esse putem, XVII 253 sq *ira* venturum, *fortuna* loci VII 345 = natura loci, *fremitus* remorum VII 413, *certamina* ventorum VII 569, *bella ventorum* VII 571, cf. XII 618 sq *bella Noti, Boreae, Africi* et XV 154 *proelia* fretis a vento coro immissa, *honor* lucis III 147 =

gloria vitae, cf. III 266, *honor* lucis XII 733 et 556 = gaudium fructus vitae, *honor* probrosus divitiarum XI 35, *honores* epulorum = epula magnifice parata XI 283 sq, *honor* candoris = splendor candoris XII 230, *honores* formae = decor formae XII 244, *croceus honor* plumarum = color croceus plumarum VIII 442, *honor* frontis IV 755, *honor* togae VI 393 sq, *medicamina* curarum VIII 101, *medicamina* cladis XIII 274, *medicamina* quassi imperii XV 7 sq, *cons lium* locorum = natura locorum IX 218 sq, *certamen* vocum XI 72 *vocumque tremit certamine* templum, *certamen* invidiae XVI 606, *labores* terrae XII 157, quibus Rupertius significari dicit *omnia loca bitumine, sulphure calidisque aquis scatentia et subterraneis ignibus aestuantia* cf. XIV 615 *labor* castrorum i. e. militum in castris versantium et XIV 348 *atque una pelagi lunaeque labores* [sc. noverat] i. e. aestus et recessus maris lunae luce effectos, *minae* pelagi = terrores pelagi XII 157, *poenae* patriae IX 646, *discordia* fati IX 648 i. e. inconstantia vel dubitatio, *solatia* luctus X 615 et XIII 392, *mores* Romae X 657, *mores* regiae [arcis] XIV 87, *mos* patriae XV 171, *mos* pacis XVI 379, *ritus* molles urbis Parthenopae XII 31, *contagia* morbi XI 13, *furor* Capuae XI 29 cf. XIII 304, *furor* pelagi XIV 59, *illecebrae* somni XII 19 vocatur merum, quia somnum efficit, *sors* laudis XII 312, *vultus* exsangues Romae XII 319, *amictus* [sc. tenebrarum] noctis XII 613 *et terras caeco nox condit amictu*, cf. V 36 sq *atque atrae noctis amictu squalebat caelum* et VI 330 *fervea parco tecta „velamine" frondis"*, [cf. Aen. I 412], *sudor* vultuum Iovis XII 642 i. e. squalidus humor faciei statuae Iovis in Capitolio positae, *ludibria* hirtae caudae XIII 340, *subsidium* exselsae turris XIII 688 sq, *virtus* soli XIV 23 *multa solo virtus, iam reddere „foenus" aratris*, *tumores* [= superbia] Arethusae [= Syracusarum] XIV 117, *haustus* verticis maris XIV 254, *fatum* sagittae XIV 405, „fatum ratis" XIV 431, *munera* gubernaculi XIV 407 = officia et labores gubernandi muneris, *munera* rubri ponti = margaritae XIV 663 sq, *munera* Martis = fortuna belli X 383 sq, cf. IX 411 et XV 625, *gloria* picturae XIV 655 cf. XVII 430, *otia* mundi XIV 686, triumphus *lauro* cinctus XV 100, *dotes* arvi = fruges XV 196, *favor* naturae XV 220, *metus* primordiorum belli XV 515 *nec tanto strepuere metu primordia belli* i. e. nec tantum metum Romanis iniecerunt, *metus* Romae XV 578, *anima* Romae XV 580, *gradus* cordium virorum i. e. ordo XVI 21 *corda virum mansere gradu*, *pabula* ignis XVII 93 sq. *alimenta* Vulcani [= ignis] XVII 97, *saltus* ardoris XVII 105 sq, *formae* leti XVII 481 sq.

b. Translationes, quae ex rebus naturae earumque viribus petitae sunt.

Cum eius, de quo modo egimus, generis translationis longe plura exempla apud Silium, quam apud Vergilium exstent, huius apud utrumque poetam eadem fere eodem fere numero inveniuntur. Quibus in enumerandis similem atque supra rationem sequar.

Luminum voce oculi significantur I 508. II 465. III 188. 539. IV 536. 541. 610. V 275. 314. 447. 529. VI 11. 49. 220. 274. 368. 385. 466. VII 75. 204. 463. VIII 139. 560. IX 400. 462. 593. X 153. 342. XI 219. 338. XIII 641. XIV 603. XV 27. 133. XVII 57. 409. 456. 517. 630, [cf. Aen. I 226. II 405. 754. III 635. 663. IV 847. VI 156. 300. VII 449. VIII 153. X 418. XI 349. XII 172. 220. 310.]

Luminis vocabulum vice *splendoris* verbi fungitur II 167 *gemmataque lumina peltae* sc. poscebat et II 211 *ac simul aerati radiavit luminis umbo,* quorum priore versu „*lumina*" *peltae* pelta splendida, altero *umbo aerati luminis* umbo clipei aere fulgentis intellegenda sunt. Eadem vi usurpatum exstat „*luminis* vocabulum VII 194 sq *inde nitentem lumine purpureo frontem cinxere corymbi,* ubi *lumen purpureum corymbi* idem est atque *splendidus corymbus*; XIV 126 *duret capiti per saecula lumen* voce *luminis* Silius eleganter *gloriam* significavit; [cf. Aen. I 590 sq].

Similiter *lux* pro *gloria* posita est VIII 246: *Atque illi sine luce genus.* *Fulmen* pro *luce* vel *splendore* usurpatum invenitur IV 431 sq *tum fulminis atri spargentem flammas clipeum . . . capit* et XI 339 sq *tune illa viri, quae vertice fundit, fulmina pertuleris* i. e. splendorum cassidis; [cf. Aen. IX 733.]. Satis obscure Anna dea Hannibalem, ut castra moveat, VIII 222 his verbis adhortatur: *Rapido belli rape fulmina cursu,* quo in versu mea sententia *fulmina* de vehementi impetu et pernicie belli dicta sunt, velut I 421 *fulmineum aprum* vehementer ruentem et iratum aprum intellegendum esse censeo. Alii quidem aliter has voces explicare studuerunt, de quibus conferas adnotationes a Drakenborchio et Rupertio illis versibus adscriptas. Simili vi idem illud *fulminis vocabulum* a Silio positum est VIII 409 his verbis: *Et furialia bella fulmine compescet linguae* [sc. M. Tullius Cicero] i. e. vi et eloquentia linguae. Aliter explicanda sunt *fulmina* XV 404 sq, ubi haec leguntur: *Ceu patria gestet in armis fulmina* [sc. Scipio]. Ernestius enim iam vidit hoc loco de Iovis fulminibus, cuius proles Scipio saepius vocatur, velut XV 148 et IV 476, nobis cogitandum esse. Quam Ernestii sententiam veram esse libri XVI quoque versibus 143 sq comprobatur, ubi rex Masinissa

Scipionem sic alloquitur: *Si tibi non segnes tua contra fulmina saepe visi stare sumus, dignam te, nate Tonantis, afferimus dextram. Fulmina* enim hoc quoque loco fulmina Iovis intellegenda esse apertum est, quibus Silius vim et impetum Scipionis eleganter et graviter significare voluit. Denique XVII 303 illud *ecce aliud fulmen dextrae* significat *ecce aliam fulmineam dextram* i. e. alium fulmineum vel potius rapidum et fortem virum.

Ignis de belli periculis et pernicie usurpatum exstat III 119. XIV 175. XV 41. *Ignem* nares equi spirare dicuntur VI 232 *crebros exspirat naribus ignes* i. e. calidum spiritum et XVII 133 sq., quibuscum versibus conferas XI 327 sq. *vibrabat ab ore ignis atrox.* De oculorum splendore *ignis* voce Silius XI 338 sq. usus est, ubi haec leguntur: *Cum frons propior lumenque corusco igne micat;* [cf. Aen. II 210. XII 102.] Sirium *ignes* accendentem fecit Silius XVI 99. XVII 253 *ignes* fulmina intellegendos esse ex versu, qui antecedit, apparet. Denique Labici senis vires *ignis iners* V 572 vocantur.

Flammae vox in belli pericula et perniciem translata invenitur II 316 *aut ferro flammave fatiscunt,* III 703, XXII 195 *induitur tota Africa flammis,* XVII 266. *Divinae flammae* III 344 sq. fulmina Jovis significantur. IV 432 et 482 *flammae* vox vice vocabuli *lucis* fungitur. Pro oculorum splendore *flamma* posita est V 275 sq. *violentaque lumina flammis exarsere novis,* quibuscum locis conferas IX 445 sq. *summaque in casside largus undantes volvit flammas ad sidera vertex,* XI 219 *et a torvo surgebant lumine flammae,* XII 719—721 *quantus aegida . . commoveat nimbos flammasque vomentem Jupiter,* XV 26 sq. *lascivaque crebas ancipiti motu iaciebant lumina flammas.* Hoc quoque loco eius, quem iam saepius commemoravi, loci versus mentio facienda est, V 572, ubi *flammae* voce vires Labici senis *[stipulae inanis]* hic verbis significantur: *Cassamque dabat sine robore flammam.* In vim amoris translatae *flammae* inveniuntur XI 389: *Imperat [sc. Venus natis suis] et tacitas in pectora mittere flammas;* [cf. Aen. I 673. IV 23. 66. VIII 398 sq.]

Incendii vocabulum plurali numero adhibitum pro belli periculis et malis positum invenitur II 358. XVI 160. XVII 227; [cf. Aen. I 565 sq.], pro splendore IX 448 sq., ubi legitur: *Aetnaea Cyclopum munere fundentem loricam incendia gestat.* De *siti* usurpatum exstat incendium VI 162 sq.: *Isque ubi ferventi concepta incendia pastu gurgite mulcebat rapido et spumantibus aquis.*

Tempestatis voce belli impetus vel ipsum bellum significatur III 206, VI 557 *tempestas aucta timendo,* XVI 213 sq. *quanta per*

Ausonios populos torrentibus armis tempestas ruat, [cf. Aen. VII 223 sq. XI 422 sq.]. *Tempestas* e vasto serpentis gutture oriri dicitur VI 176 sq. *vastoque e gutture fusa tempestas oritur, mixtam stridore procellam Cerbereo intorquens.*

Eadem sententia, qua tempestatis vox, *procellae* verbum in bellum vel impetum eius translatum est a Silio I 506 *terrae minitantem averte procellam,* XVII 59 *tanta in semet veniente procella,* IX 13 *hinc atque hinc animae gemina cecidere procella,* IX 516. XI 91. XII 334. VI 105, [cf. Aen. VII 594], cum IV 146 *procella* de equi rapido cursu dicta sit his verbis: *Rapidaque volans per aperta procella.* XIV 63 torrens *picea procella* saxa rotare et XI 224 Hannibal *rabiem irarumque procellas* effundere dicitur. Denique ad incertum rei publicae statum significandum Silius eadem voce usus est VII 24 et X 269 *deseris in tantis „puppim" [sc. rei publicae] si ‚Paulle', procellis.*

Maxime vero Silius in belli vi et impetu aut exercitus velocitate describendis vocem *turbinis* adamat, quae ea, quam dixi, sententia usurpata his locis invenitur: I 41 *turbo cladum,* II 4 et 555 *turbo Martis,* II 135 et X 511 sq. *turbo saxi,* IV 370 et V 350 *turbo pugnae,* IV 540 *turbo roboris,* V 54 *turbo fatorum,* V 389 sq. et XVII 96 *turbo luis,* V 535 *turbo globi militum,* V 548 sq. *turbo fraxini,* V 632 sq. *turbo terrae,* VI 249 sq. *turbo cuspidis,* IX 287 *turbo fati,* IX 365 sq. *turbo torrentis sanguinis,* IX 379 *turbo Scaevolae,* IX 417 *turbo ducis Poeni,* IX 568 et XVII 537 *turbo hastae,* X 186 sq. *turbo militum,* X 271 *turbo belli,* XI 82 *turbo corporis,* XI 101 *turbo Gradivi,* XI 521 sq *turbo Ausoniae,* XI 579 *turbo Magonis,* XII 148 sq. *turbo Inarimae,* XII 538 *turbo Frusinonum,* XII 570 sq. *turbo Fulvii,* XIII 564 sq. et XIV 64 sq. *turbo flammarum,* XIV 297 *turbo telorum,* XV 631 *turbo lanceae,* XVI 58 sq. *turbo Scipionis,* XVI 319 *turbo clamoris,* XVI 498 sq. *turbo Theronis,* XVII 406 sq *turbo hastarum.*

Nubis vox in bellum translata his invenitur locis: V 379 *nubes belli,* VI 589 sq *at cladis acerbae discussa ceu nube,* XVI 650 *excepi nubem belli,* XII 334 sq. *ille trucem belli nubem saevasque procellas in Libyam violentus aget,* [cf. Aen. X 809]. Eleganter *nubis* vocabulum de tristitia et severitate animi usurpatum exstat VIII 610 sq. *non ille rigoris ingratas laudes nec nubem frontis amabat.* Saepe *nubes* ad densam multitudinem significandam nubis instar obumbrantem a Silio posita est, velut I 311 *involvunt atra telorum moenia nube,* II 37 *conditur extemplo telorum nubibus aether,* II 658 sq. *erigit atro nigrantem fumo rogus alta ad sidera nubem,* IV 94 *nubes pulvere commoto,* IV 307 *nubila pingui fumo,*

IV 550 sq. *nubes cornuum*, V 456 *nubes pulvere moto*, V 535 sq. *nubes pulveris*, VII 595 et IX 12 *nubes telorum*, VIII 635 *nubes apium*, IX 500 et XIII 158 *nubes pulvere glomerato*, XIV 210 *nubes pulverea*, XVII 66 *nubes iaculis stridentibus*, XVII 406 sq. *nubes hastarum*, [cf. Aen. IX 33. XII 253 sq. et Val. Fl. II 521 sq.]

Silvae voce multitudo hastarum significatur IV 619 *ac silvam ingentem [sc. lancearum] concusso corpore vibrat*, [cf. Aen. X 887 et Stat. Theb. V 533.]

Sulcos Silius navem trahentem fecit XIV 379 sq., ubi legitur: *Celsaque anhelatis exsurgens ictibus alnus caerula nigranti findit spumantia sulco*, [cf. Aen. V 142.] De via anguis Silius eadem voce usus est XV 140 sq his verbis: *Ferri inter nubila visus anguis et ardenti radiare per aera sulco*, [cf. Aen. II 697 sq.]

Grandinis verbo pro densa saxorum multitudine Silius II 38 et XIV 430 usus est et similiter *montis* voce X 548 *mons armorum surgebat ad astra*, [cf. Aen. I 105.], *Torrens* armorum legitur XII 189, quocum versu conferas XIV 62 *flammarum exundat torrens*. *Nimbi* vox eadem sententia, qua ea, de quibus modo egi, vocabula usurpata exstat V 215 *nimbus pilorum funditur*, ib. 656. IX 311 sq. 580. XII 176 sq., quibus locis addo X 228 sq., ubi haec leguntur: *Ingesta torvus arenae ingreditur nimbum* et XIII 181 sq. *tunc saxeus imber ingruit*.

Molis vocabuli translationis haec exempla huc pertinent: III 350 *et nascitur altera moles* i. e. labor, ib. 573 sq. *hac ego Martis mole viros spectare paro*, ib. 582 *magnae molis opus . . parandum*, ib. 604 *excipiet patriam molem* i. e. imperium, IV 290 *dignum mole viri nisus*, VI 594 *moles rerum*, XI 308 sq. *necisque Sidoniae tacito volvebat pectore molem* [sc. difficultates], XIII 864 sq. *quantas moles movebunt* [= bella], XV 136 sq. *molemque paventes expendunt belli*, ib. 598 *moles gravior [rei publicae]* = periculum, XVII 150 sq. *molem [regni] retinebat Hannibal*, [cf. Aen. I 134. V 789.]

Antrum arbori tribuitur II 219 *ad dulces ceras et odori corticis antra* [apes properant.] *Roris* vocabulo sanguinem (fluentem) Silius IV 165 sq. significavit, cum dicit: *Et taetros a sanguine rores spargit humo*. [cf. Aen. XII 339 sq.]

Similiter usurpata invenies vocabula *rivi* X 183 *sanguinis effundens rivum* et ib. 667, [cf. Aen. IX 456], *fluminis* VIII 644 sq. *atque atro sanguine flumen manavit Jovis in templis* et XII 185 *effusaeque ruunt inopino flumine turmae*, *undae* X 244 sq. *manante naribus . . unda sanguinis*. *Nebulae* vox pro humore usurpata

exstat IV 281 sq. his verbis: *Exhalarit in auras liventem nebulam fugientis ab ore veneni.*

Ad pericula gravia significanda *freti* vocabulo usus est XV 375, ubi haec leguntur: *Forsan et enasset rapidi freta saeva pericli. Fluctus* vox in copiam curarum translata invenitur VIII 32: *Et insanos curarum comprime fluctus,* quocum versu conferas velim IX 527 *quantos Gradivus fluctus in Punica castra agit* [i. e. pericula.] *Aestus* formidini tribuuntur II 360 *ponat formidinis aestus,* [cf. Aen. IV 532. 564. VIII 19. XII 486.]

Scopulus forma muricis vocatur *murex* XVII 276 sq. *tum murice acuto dissiliens sonuit . . . carina,* [cf. Aen. V 205.]. *Testudo* ut in prosa oratione scuta inter se connexa appellantur I 365 sq *condensis actae testudinis armis . . . Poeni pandunt urbem,* [cf. Aen. II 441. IX 515. 514.] *Latrebrarum* voce Silius XV 648 exsilium significavit. *Solum* sceptris dedit VII 562 his verbis: *Mutassentque solum sceptris Aeneia regna,* i. e. urbem, in qua magistratus regnarent.

Aequor et *aequora* saepissime et de mari et de campo aperto et plano a Silio usurpari haud scio an sit non commemorandum; sed conferas velim I 584. 593. 622. II 27. 163. 172. 421. 485. III 58. — IV 519. Plaga caeli *aequoris* voce significatur IV 481. *Marmor* vice vocabuli maris fungitur XIV 464 *et mutare casas infido marmore visum,* [cf. Aen. VII 28. 718. X 208.] *Campi* voce Silius mare appellavit XIV 253: *Caeruleis horret campis pascentia cete. Seminis* verbum in bellum translatum exstat I 653 sq. *non obruta iam nunc semina fumarent belli* [sc. Saguntus], quocum versu conferas XV 71 *cui ratio et magnae caelestia semina mentis,* [cf. Aen. VI 6.]

Floris vox a Silio in iuventutis et aevi vires translata est I 60 sq. *aevi flore virens,* I 376 sq. *primaero flore iuventae insignis Murrus,* III 84 *ubi flore novo pubescet firmior aetas,* V 18 *flore nitens primo,* XV 33 sq. *quis furor hic . . . consumere bello florem aevi?* [cf. Aen. VII 162. VIII 500.] *Lanuginis* vocabulo prima barba vocata est VII 691 et XVI 468, quo utroque loco haec eadem fere verba leguntur: *Prima sparsus lanugine malas* et *adspersus lanugine prima malas,* [cf. Aen. X 324 sq.]

Stimuli vocis translationes saepe varieque adhibitae in Punicis leguntur, velut de verbis incitantibus I 113; *His acuit stimulis* et III 214 *his aegrum stimulis liquere Deusque soporque,* de incitatione finis laboris XVI 512 sq. *et metae propioribus aegros urebat finis stimulis,* de invidiae irritatione VII 511 sq. *nec non patrum Saturnia mentes invidiae stimulo fodit,* de irritatione laudis

XVI 614 *stimuli si laudis agunt nos,* de animo XIV 93 sq. *tam praecipiti materna furori Pyrrhus origo dabat stimulos,* [cf. Aen. IX. 718. XI 337. 452. 728.]

Nox pro morte posita est II 573 sq. *tandemque supremum nocte obita Libyae gremio captiva iacebo*, XIII 129 *sed enim longo nox venerat aevo* [cf. Aen. VI 827. X 746. XII 310.] *Aurae* vocabulum pro *occasionis* usurpatum est VIII 325 *si qua interea invitaverit aura.* *Astra* et *sidera* saepius ad immortalem gloriam significandam in Punicis inveniuntur, velut II 337 *et tollit sub sidera gentem,* III 164 *fama tollere ad astra labores,* ib 594 sq. *exin se Curibus virtus caelestis ad astra efferet,* VIII 593 sq. *atque ad sidera cantu evecta Aonio,* XV 100 *me cinctus lauro producit ad astra triumphus,* [cf. Aen. IX 641. IV 322.] Eadem fere sententia Silius *saeculi* voce IX 341 usus est.

Fructus vocabuli translatio exstat I 148 *et fructus regni feritas erat* et X 138 *iam stultae fructus pietatis habebit.* *Stirpis* vox saepe vice generis vel gentis verborum fungitur, exempli gratia I 152 *antiqua de stirpe,* I 514. II 55 *stirps Aeneadum.* III 100. 252. IV 150. III 31. XVII 653 *cum te memoret de stirpe deorum.* *Culmen* regno tribuitur XVII 143 *ducitur ex alto deiectus culmine regni.* *Cineris* voce reliquiae gentis significantur I 600 *an cinis, heu superi, tanto de nomine restat?*, quocum versu conferas III 565 *Troiae extremi cineres* = reliquiae Troiae vel res e Troiae incendio servatae, [cf. Aen, V 787] et VII 493 *cinis Libyae;* conferas praeterea XII 80. XIII 318 sq. XVII 363.

Frigus de mortis vi et frigore usurpatum exstat II 136: *Labuntur gelido torpentia frigore membra* et V 527 sq. *diffundente per artus frigore se Stygio.* *Caliginis* vocabulo Silius usus est, ut Hannibalis animi tamquam caecitatem et furorem Sagunti expugnatione effecta significaret II 299 sq. *an nunc ille novi caecus caligine regni externas arces quatit?* [cf. XIV 89.] De Fulvii fati ignorantia Silius XI 122 sq. exclamat: *Tantane, omnipotens, caligine mersa latere fata placet?*, quocum loco conferas VIII 45 *obtegitur densa caligine mersa vetustas.*

Obitus vox pro mortis vocabulo usurpata legitur II 682, id quod in sermone Latino saepius fit. *Termini* vocis translatione Silius usus est III 134 *et pace et bello cunctis stat terminus aevi,* III 559 *pereundi terminus,* XII 68 sq. *qui terminus . . . ante urbes standi?*

Umbra vel *umbrae* noctis tenebrae vocantur III 168 *per humentem noctis umbram,* III 672 *nocturnis in umbris,* IV 88 *noctis fugientibus umbris,* IV 5 *telumque manu vibrare per umbras,* IX

148 *non nox errorem nigranti condidit umbra;* conferas praeterea V 617. VII 351. IX 101. 179. XII. 647. XIII 551. 651. 705. XV 261. 619. XVI 39. 113. XVII 90 *furtum armorum tutantibus umbris.* Singulariter et eleganter Silius *umbrae* voce de iis rebus, quibus gloria obscuratur, usus est XIV 282 sq, ubi legitur: *Et Salaminiacis quantam Eoisque tropaeis [= victoriis] ingenio portus urbs invia fecerit umbram.* XV 316 eodem vocabulo Silius belli pernicies et labores significavit, cum canit: *Belli per Graecas umbram circumtulit oras.*

Pestis vox saepe in quamvis calamitatem vel malum translata exstat in Punicis, velut III 552 *nec pestis lapsus simplex,* VI 240 *pestis afflatus,* XIV 120 *pestem armorum effundere,* XIV 304 *pestis picis,* XVII 92 sq. *pestis ignis,* quibuscum versibus conferas IX 606 *et silvis spatiatur fervida pestis* [= ignis], XVII 103 *exundat pestis* [sc. ignis], ib. 504 *Vulcania pestis.* Denique XVII 555 equum Hannibalis occulto tremore subitae *pestis* Silius collabentem fecit.

Roboris vocabulum pro vi mentis et corporis usurpatum invenies III 603 *magno praecellens robore mentis* et V 572 *cassamque dabat sine robore flammam.* Vis clavae eadem voce significatur VIII 583 sq his verbis: *Et quae Buxentia pubes aptabat dextris inrasae robora clavae* i. e. clavam robustam et impolitam, quam *B . . . Fragoris* verbum tumultus pugnae intellegendum est IV 143 sq. *magnoque fragore per aequor suspendunt cuncti frenis,* sonitus Aufidi fluminis IX 509 sq., tonitrus XII 603 sq.

Ardoris voci splendoris vis est IV 267 sq. *iam nunc tibi praemia pono illum Sidonio fulgentem ardore tapeta. Clivi* vocabulo Silius ad difficultates laudis adipiscendae depingendas usus est IV 603 sq. *perque aspera duro nititur ad laudem virtus interrita clivo.* Conferas Hesiodi illud: **Μικρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον** et Sil. XV 102 sq. *ardua saxoso producit semita clivo* [sc. ad virtutem.]

Venenum fraudi tribuit Silius VII 260 sq. his verbis: *Fraudisque veneno aggreditur mentes* et XIII 536 *et fraudum inlaesa veneno,* quibuscum versibus conferas quaeso VII 453 *si mea tela dedi blando medicata veneno* [sc. Veneris], XI 307 sq. *mens una inviolata mero nullisque venenis potando exarmata,* XI 546 sq. *atra veneno invidiae nigroque undantia pectora felle,* XIII 536 *et fraudum inlaesae veneno,* quo addo XI 557 *non tarde adnoscas „virus" futile linguae.*

Labis vocabulum pro contumelia positum invenies VII 710 sq. *labem hanc pellamus,* pro periculo vel morte X 613 *quam*

restare viro labem, pro malo et calamitate X 21 sq. ***his super internae labes et civica vulnus invidia augebant*** et VIII 255 sq. *fastis labem suffragia caeca addiderant*, pro igni XIV 308 *gliscentemque trahens . . labem*. Similiter *lues* pro clade pugnae legitur XII 385 *dira inde lues*, pro igni XVII 96 *it totis inimica lues cum turbine castris.*

Ambages aevo tribuuntur VIII 44 sq, ubi haec exstant: *Atque ambagibus aevi obtegitur vetustas. Limes* vitae datur VIII 612 sq. his verbis: *Nec famam laevo quaerebat limite vitae*, quo addo X 57 *sit „spatium“ fatis.*

Hoc loco *cicatricis* quoque vocis mentionem faciam, qua memoria vulneris i. e. iniuriae a populo Romanae Paullo illatae VIII 287 sq. significatur, ubi legitur: *Signataque mente cicatrix undantes aegro frenabat corde dolores.* — *Fervor* de curis positus exstat XII 449 sq. *nuntius terrentem freta curarum fervoribus implet*, quocum loco conferas XV 640 *tanto fervore ruebat.* — *Tonitrus* voce ad armorum sonitum significandum Silius IX 423 usus est, ubi haec inveniuntur: *Ingentis clipei tonitru praenunciat iram* et XIII sq. *et concussa est Daunia tellus armorum tonitru.*

Arcis vox de laudum fastigio usurpata exstat XIII 770 sq. *quae te via . . . ad summas laudum perduxerit arces. Cacumen* proboscidem elephanti intellegas necesse est IX 583 *fulget ab incurvo derecta cacumine cuspis. Ortus* vox de Massana urbe usurpata est XIV 195 *Osco memorabilis ortu*, quocum loco XV 77 apte conferes.

Tenebrarum voce otiosa tranquillitas vitae XV 70 significatur. *Mella* denique dulcia Nestoris verba a Silio XV 457 vocata sunt, ubi legitur: *Aequabat [Laelius] Pyliae Neleia mella senectae.*

c. Res ab hominibus factae in naturam transferuntur.

Domus Saguntinorum Roma vel Latium, antiqua eorum patria, vocantur I 572 *antiquaque domo meliora arcessite fata.* Similiter legitur II 76 *et Rhesi domus* pro *patria.* Fidei *domus* Saguntus urbs I 598 appellatur his verbis: *O Fidei domus inclita*, quibus locis addo VI 479 *Carthago, fraudum domus*, VIII 593 *Mantua, Musarum domus*, VIII 599 *Ocni prisca domus* [sc. Pollentia urbs], XVI 71 *ventorumque domus* [quid referam]? [cf. Aen. V 214. VIII 192. 235. 253.]

Liminis vocabuli translationes exstant in Punicis hae: V 423 et XIV 444 *mortis in limine*, XIII 548 sq. *turbaeque in limine lucis est iter exstinctae*, [cf. Aen. XI 423 sq.], XVI 316 *atque fores et limina servat equorum* i. e. locum, unde equi currere coepturi

erant, [cf. Aen. V 316.] *Januae* voce similiter translata Silius his duobus locis usus est: XI 187 *ianua mortis* [cf. Aen. II 661.] et XVII 356 *et claudenda est ianua belli,* quam loquendi formam ex usu Jani templi claudendi petitum esse apparet. *Aula* et *atria* Tartaro tribuuntur XIII 578 et 579, quibuscum versibus conferas velim VI 174 *vestibulum antri.*

Cardinis vocabulum in mundum aut vitam translatum exstat III 3 sq *positos finiti in cardine mundi . . adit* et similiter IV 779 sq *quocunque in cardine mundi bella moves* i. e. in extrema mundi parte bella geris, non, ut Rupertius vult, *in quacunque plaga sive regione mundi bella geris,* et IX 140 sq *sat magnum hoc miserae fuerit mihi cardine vitae solamen* i. e. extrema vita, [cf. Aen. I 679.] *Axis* voce meridionalis terrae pars significatur I 677, ubi legitur: *Omnis ab aestifero sitiens Libys imminet axi* et VIII 650, contra totum caelum XIII 553 *caeli nec posta sub axe. Carcere* rupto venti terras invadere dicuntur XII 188, quocum versu conferas VIII 279 sq *veluti cum carcere rupto auriga indocilis totas effundit habenas. Claustra* Silius in montes transtulit IV 825 *ad claustra et fraudes ducat per opaca Sychaeus,* in undas V 44 *hinc undae claustra [i. e. lacus obstans] premebant,* in mare XII 442 *claustris maris extulit astu* [naves], quibus versibus addo VII 334 *oppositi reserent quo claustra manipli,* i. e. manipulos, qui Hannibalis exercitum clauserant. *Muros* elephantorum serie effectos esse Silius IX 241 his verbis tradit: *Et erectos attollit ad aethera muros,* quo eodem vocabulo turres in elephantorum dorsis positas IX 601 significavit: *Compleri sulphure muros* [iubet]. *Aggeres* Alpes, quippe quae tamquam agger Italiam septentrionem versus circumdent, III 447 sq vocantur, ubi haec leguntur: *Aggeribus caput Alpinis . . . proserit . . Rhodanus,* [cf. Aen. VI 830]. Praeterea *aggeris* vocem in montes translatam invenies IV 739 sq *pubem . . rapit aggere montis,* VII 731 *tuto repetebat aggere castra,* in turres elephantorum IX 580 *celsus telorum fundit Libys aggere nimbum* [cf. IX 240 *ceu mobilis agger],* in undas maris XVII 269 sq *puppimque sub atris aequoris aggeribus tenuit* et IV 649 *consurgens agger aquarum impulit.* Conferas praeterea quaeso I 418 *et iam corporibus cumulatis creverat agger,* VI 281 *agger ripae,* VI 396 *aggere [i. e. ripa] consul tendebat dextram,* XIV 610 *et magno cineres sese aggere tollunt.*

Moenia Alpes vocantur XV 509 sq, ubi legitur: *Qui [muri Romae] post haec moenia fratri victa meo stent incolumes?*

Lampadis voce saepius in Punicis sol vel eius globus significatur, dico I 359 *ad terram caelo decurrens ignea lampas,* I 193 sq *et*

lampade Phoebi . . Libya torquetur, VI 157 sq. *aut acta ad fluvium torrenti lampade solis armenta,* VII 143 *radiatus lampade solis,* X 111 *explorat dubios Phoebea lampade natos,* XII 575. 638. 731. XV 214, [cf. Aen. III 637. IV 6. VII 148 sq]. *Fax* cometes intellegenda est I 462 sq *vomit atra rubentes fax caelo radios* et VIII 650 sq, *coruscae in Latium venere faces,* [cf. Aen. II 694].

Tela Silius Jovi tribuit iisque fulmina eius significavit his locis: I 253. II 535. IX 538 sq., quae eadem IX 480 *arma* appellantur. Praeterea Venus *natis imperat* XI 388, *tela fallentia passim manu spargere* et XI 396, *pubem Tyriam telis exurere, quibus fusis pectora Maurusiae pubis tepuisse* Silius XI 412 sq. narrat. Similiter Venus XI 393 sq. *se „spicula" [sc. amoris] fundere* ait et XI 423 *Cupidinis occulta „sagitta" mentem vitiare dicitur. Denique „telum" pro ira Junonis usurpatum exstat XIV 49,* ubi haec inveniuntur: *Dextera quam tribuit posito Saturnia telo* [cf. Aen. I 665. VI 592 sq. IX 495 sq.]

Vinculi voce Silius eleganter pro iugo vel servitute usus est XII 695 sq. *fuerit . . . imponere vincula sacro Eridano. Habenae* vocis translationibus Silius ut Vergilius et Valerius saepissime usus est. Rebus enim habenas tribuit I 144 *interea rerum Hasdrubali traduntur habenae* II 292, X 282, XVII 175, Vulcano IV 681 *immissis crepitat victor Vulcanus habenis,* pavori VI 556 sq. *excussit habenes luctificus Pavor,* saluti VI 611 sq. *Fabioque salutis habenas credere,* Marti VII 222 *et deplorati mandassent Martis habenas,* bello VII 384 *et belli iubebat . . habenas* [tramittere], patriae XI 49 sq. *deposcere patriae pereuntis habenas,* Gradivo XI 399 *non inmissis Gradivus habenis,* Latio XIII 34 *Latiae diffisus habenae,* [cf. Aen. I 63. V 662. VII 600. XII 499. VI 1, Val. I 687. IV 679. V 436. VIII 139.] Nusquam Silius, id quod mirum est, *habenae* vocem in naves vel classem transtulit, cuius translationis apud Vergilium et Valerium multa exempla exstant.

Freni vocabulum aeque atque habenae in Punicis translatum invenitur I 240 *utque dati rerum freni,* III 226 *rerum deposcere frenos,* X 480 *quae Libycos tenuit frenos,* XII 694 sq. *non ulla feroci . . addes frena viro?,* XVII 95 *et frenos volucri propellunt lumine flammae,* [cf. Aen. VI 100. XII 568.]. *Remi* maiores alarum pennae intellegendi sunt XII 97 sq. *lapsumque [Icarum] solutis pennarum remis,* [cf. Aen. I. 300 sq. VI 19.]

Rotam tempori Silius tribuit VI 120 sq. his verbis: *Talis lege deum clivoso tramite vitae per varios praeceps casus rota volvitur aevi,* [cf. Aen. VI 748.] *Nodi* vox ita ut nos quoque facere solemus in lignum translata exstat XIV 320 *trabs fabre, teres, atque*

erasis undique nodis [gerebat manus]. *Fila* aevum vel fatum hominum intellegamus necesse est IV 28 sq. *ducentesque ultima fila grandaevos rapuere senes,* VII 479 *currit dum immobile filum,* XVII 361 sq. *nil fila Sororum adversus posco,* [cf. Aen. X 815 sq.] Addo I 281 sq *duraeque Sorores tertia bis rupto torquerent stamina filo* et XVII 120 *et tumidae properantur stamina linguae. Metae* vocis translationes in Punicis has inveni: V 24 sq *nigram nox roscida metam stringebat,* quam rationem loquendi a circi ludis petitam esse apparet, V 406 sq *sed non augurio Parcarum impellere metas concessum cuiquam* [i. e. fatum], VII 478 *et nullae regnis per saecula metae* [i. e. finis], VIII 48 sq *sed pressis stringam . . narrandi metis,* IX 549 *nec longe cladis metae,* X 208 *metae aevi,* XI 267 *metae diei,* XI 604 sq *metae [belli],* XIII 260 *metae laborum,* XIII 299 *stringebant tenebrae metas* [vide supra V 24], XIV 8 *metas terrarum invisere* i. e. extremas terrae partes, XVI 149 *quando Herculeis finisti proelia metis.* Singularis *metae* vocis translatio est VII 675 sq, ubi hac voce acervus ligni, terrae, lapidum in metae formam exstructus significatur; legimus enim loco, quem dixi, haec: *Dum nemoris celsi procera cacumina sensim substructa certat tacitus contingere meta,* [cf. Aen. I 278. III 714. V 835 sq. VIII 594. X 472. XII 546.]

Globi vocabulum pro solis voce usurpatum exstat I 258, ubi haec inveniuntur: *Candentique globo medius coquit aethera fervor,* cui versui haec aliarum globi vocis translationum exempla addo. Legitur V 513 sq *torquet . . globos flammarum,* XII 657 *nimborum fervet globus* [cf. VI 321 sq], XVI 325 sq *sub auras erigitur globus [sc. pulveris]. Aulam* regno Gallorum Silius III 443 his verbis tribuit: *Bebryciae Poenus fines transcenderat aulae* et antro anguis VI 216 *iamque ubi feralem strepitu circumtonat aulam* [sc. turma aulam anguis].

Vallum acies militum vocatur IV 71 sq, et IX 581 sq elephanti acie instructi *vallum* appellantur his verbis: *Stat niveis longum stipata per agmina vallum dentibus. Pilae* vocem pro saxi verbo usurpatam invenies IV 297 *pila, immane sonans, impingitur ardua ponto. Via* fortunam gradientem fecit Silius VII 92 sq *praecluserat omnes fortunaeque hostique vias,* quocum loco conferas XVII 440 *vitae vocisque viae,* XIII 164 sq *qua sit certissima ferro in vulnus via,* ib. 537 sq. *via vitae colendae,* I 267 *latus rubet aequore limes sanguine effuso,* XV 46 sq *non limite duro iam tibi decurrat concessi temporis aetas. Tormenta* dolores ex segni et ignava belli gerendi ratione orti intellegenda sunt VIII 233 *pone graves curas tormentaque lenta sedendi. Orbis* vox pro oculi

interiore parte posita est IX 399 sq. *atraque manant orbibus elisis et truna lumina fronte. Puppis* est pro re publica X 269 *deseris in tantis puppim si, Paulle, procellis. Rogi* vocabulum in templorum incendium transtulit Silius XIII 318 sq *templa sub uno in cinerem traxisse rogo.* Eleganter Aetna mons *rogus* Enceladi a Silio XIV 578 sq his verbis appellatus est: *Et ardua rupibus Aetna, spirantis rogus Enceladi. Fornaces* subterranea ignis receptacula XIII 836 sq vocantur: *Fornacibus atris fons rapidus furit. Area* superficies maris a Silio XIV 378 his verbis dicta est: *Sternitur effusis pelagi media area telis. Plectrum* pro navis gubernaculo vel eius clavo usurpatum invenitur XIV 401 sq *ac residentis puppe magistri affixit plectro dextram* et XIV 548 sq *non plectro . . . ratis parcitur. Insigne victoriae Marcelli tropaeum* Syracusanorum urbs esse dicitur XIV 680—682. Rogus *ara sepulcri* a Silio vocatus est XV 387, ubi haec leguntur: *Alta sepulcri protinus extruitur . . ara. Columen* regni Ausonii Marcellus ab Hannibale XV 305 praedicatur. *Simulacra* belli in ludis funebribus Scipionum describendis virorum certamina fuisse Silius XVI 528 his verbis dicit: *Bellique feri simulacra cientur.* Denique hic commemoraverim *iugi* voce, id quod apud omnes poetas et in prosa etiam oratione fit, Silium saepissime montes significasse, velut I 200. 586. 643. II 74. III 189. 338. 437. 488. 528. IV 66. 152. VI 705. VII 274. 360. 521. VIII 360. 390. 569. IX 608. X 530. XI 144. 464. XII 86. 152. XIV 66. XV 224. 228. 231. XVII 22. 319.

d. Translationes ad animi motus pertinentes.

Furoris voce saepe magna alicuius rei vel habendae vel gerendae cupiditas aut gravis ira significatur, quod his locis satis bene apparere puto: I 32 sq *bellandi corda furore . . exstimulat,* I 79 *sollers nutrire furores* i. e. iram, I 150. II 36. 324. 665. III 146. IX 47. X 116. XI 20. 29. 66. 98. 516. XIII 592. 670. XIV 687. XVI 540 *quos regni furor exagitat,* [cf. Aen. IV 91. 101. 433], quibus exemplis addo II 500 *ac furias auri* [liqui] ubi *furiae* vocabulo eadem, qua *furoris* voce, sententia Silium usum esse apparet. Eadem vi saepissime *amoris* verbum apud Silium usurpatum exstat, cuius rei comprobandae causa haec afferam exempla: I 272 *bellaque sumta viro belli maioris amore,* I 148 *asper amore sanguinis,* III 714. V 229. 245. 427. 590. VI 209 335. VII 524. IX 37. X 42. 194. XI 351. XIII 720. XIV 182. XV 130. 588 sq. XVI 530. XVII 566. *Amoris* vox vice *moris* vocabulo III 328 sq fungitur, ubi haec scripta videmus: *Mirus*

amor populo, . . annos praevertere saxo. Etiam compluria alia nomina substantiva cum translatione adhibita vim cupiendi et consectandi in Punicis prae se ferunt, quae sunt: *Calor* I 549 *et primos in Marte calores* [adspectans] i. e. bellandi cupiditatem, cum eadem voce XIV 223 *amor* significetur, ubi legitur: *Aemulus ille tuo quondam, Polypheme, calori,* [cf. Aen. VIII 390 sq], *ardor* I 582 *ac pugnandi substitit ardor,* II 39. 431. IV 110. 301. VIII 142. IX 8. X 217. 339. XII 402. XIII 179. XIII 719. XIV 96. XV 269. 355. 471. XVI 323. XVII 491, *dulcedo* IV 421 sq *eripe pugnae . . ardentem oblitumque sui dulcedine caedum* et V 589 *dulcedine laudis flagrantem, sitis* V 264 sq *quid gentibus auri numquam exstincta sitis?, rabies* V 640 sq *si tanta libido est vobis rabiesque fugae,* VI 42 *rabies virtutis,* VII 546 *rabies erroris;* contra *rabies* iram magnam vel vehemens studium significat V 424 *et fixis rabiem sub pectore telis,* X 46. XI 224. XIII 344. XIII 576 *ac nullo rabies [Megaerae] restinguitur haustu,* XIII 734 *rabies irarum* i. e. atrocissima ira, XVI 314 *fluctuat rabie faventum . . vulgus, fervor* XIII 23 *signa reportandi crescebat in agmine fervor* et VIII 319 *belli fervore retuso.* Idem vocabulum vigoris animi vi usurpatum est I 187 *hinc virides ausis anni fervorque decorus,* VII 25 sq *fervore carentes angebant anni,* XI 97 *fervor loquentis,* XIII 215 *fervor Virrii,* XV 460 sq *tanto fervore ruebat in pugnam,* cf. XIV 494 *fervida corda, curae* XIII 263 *pulsis vivendi e pectore curis, flamma* XVII 294 *decorisque urebat pectore flammis.* — Bis *flammae* vox *amoris* vocabuli vi fungitur, dico XIII 618 sq, ubi legitur: *Fusa sensim per pectora patrem implicuit flamma* [Venus] et XV 325 sq *namque ut compertum, qui Punica castra gerebat, feminea exuri flamma; — aestus* XVI 479 *aestu laudum exsultantia corda* et ib. 195 sq [videas sub voce *studii*]. — Ira et animi motus *aestus* voce significantur IV 476 sq his verbis: *Aestus flammiferae novi mentis.*

Venio ad alia huius translationis exempla. *Formidinis* vox pro pietate vel religione usurpata exstat I 82 *sacrum . . patria Tyriis formidine cultum.*

Tumoris voce in animi motum translata furor et ira II 626 significantur, ubi legitur: *Atque atros insibilat ore tumores* [Erinnys] et superbia et arrogantia his locis III 246 *cui vano corda tumore maternum implebat genus,* VIII 545 *et pravo peritura tumore* [Capua], XI 150. XV 689. Eadem sententia, dico arrogantiae et superbiae, Silius his quoque vocabulis usus est: *Flatus* XVII 119 sq *sed iam claudebat flatus. . . Atropos et tumidae properantur stamina linguae,* ubi *tumida lingua* idem significat, quod versu, qui antecedit, *flatus,* et II 288, *fiduciae* XVII 497 sq *ac fiducia tanta quos tulit, — viri*

II 288 *ingentem noscens virus flatusque paternos* et IX 476 sq *nam virus et aestus . . novi mentis, tempestatis* X 46 *tempestas tanta ac rabies impune fuissent.*

Sagitta Idalia amor intellegenda est V 19 *nec Idalia lenta incaluisse sagitta. Vigoris* vox *animi* vocabuli vi usurpata invenitur XIII 268 *nec mihi poscendi vigor abfuit. Pondus* animi gravitas a Silio vocata est VI 429 *atque animi venerabile pondus* et VIII 609 *ac mentis amabile pondus. Pax* pro noctis quiete posita est VII 284 *pacem nocte datam mortalibus orbis agebat* et pro mansuetudine animi VII 461 sq *pacemque serenis condiscens oculis.* Eadem vox quies animarum intellegenda est XVI 293 et quies Romanorum XVII 615. *Motus* [animi] XI 89 pro ira usurpatus invenitur XI 89, ubi legitur: *Ut vidit maiore adeo crudescere motu. Asperitatis* vox in animum translata est a Silio XI 202: *audita asperitate viri coeptoque feroci. Otii* vocabulum, sicut pacis vox, de qua modo egi, *mansuetudinis* verbi vim prae se fert XI 230 *intrepido servaverat otia vultu.*

Fel ira et acerbus animus XI 548 his verbis vocantur: *Nigroque undantia pectora felle,* quae eadem *ignis* XI 327 sq appellantur, ubi haec inveniuntur: *Vibrabat ab ore ignis atrox. Livoris* vox non de colore corporis, sed de invidia mentis usurpata exstat XI 610, ubi legimus: *Dum malus obtrectat facta immortalia livor. Bella* Dictaei regis i. e. *iram* Minoi Daedalus timuisse dicitur XII 89 sq. XIII 16 sq *labes feminea* turpem ignaviam significat his verbis: *Procul hanc expellite gentis femineam Tyriae labem.* Denique *animum* Silius XVI 165 et 350 equis dedit, quibus versibus addo XVI 330, ubi legitur: *Sunt* [equi], quos *spes* grata fatiget.

e. Singulae aliae translationes.

Ruinae vox apud Silium varie translata exstat. *Caeli* enim *ruina* vehementem tempestatem significat I 251 *excipere insanos imbres caelique ruinam;* cf. VI 322 sq et XII 630 et Aen. I 119. Alia *ruinae* vocis translatio invenitur III 206 sq, ubi legitur: *Magnaeque ruinae Idaei generis sequuntur* i. e. clades vel caedes, qua eadem sententia idem vocabulum usurpatum invenies IV 710. V 550. VI 29. VII 228. 582. VIII 244. 304. 624. 676. IX 504. 599. X 101. 504. XII 515. XIII 694. XIV 678. XV 339. 692. XVI 667. XVII 424, quibus exemplis addo III 565 sq *quo Troiae extremos cineres sacramque ruinam . . . feramus* i. e. penates et palladium ex Troiae ruina servata et IV 293 et 584, quibus locis *ruinae* voce moles vel corpora virorum significantur, quae telis strata sunt.

Eleganter Silius exitium Italiae imminens *caelum ruens* vocavit XVI 650 sq his verbis: *Solusque ruenti obieci caput caelo.* *Tabum* quaesite a Silio sanguis appellatus est IV 791 *quae porro haec pietas, delubra adspergere tabo,* quocum versu conferas velim I 49. 101. XVII 497. *Aggeris* vox pro *muri* vocabulo a Silio I 308 posita est: *Effusisque simul praerupto ex aggere membris* et I 368. 373. 490. 555. XI 444. XIV 667, qui idem voce *valli* I 374 significatur *obstabatque iacens vallum.* I 314 pars militum Hannibalis crebram glandem *Baliari verbere* fundere dicitur pro *Baliari funda.* Ballistam Phocaidem, qua saxa ingentia in hostes iaciuntur, Silius I 335 *vastos molares* [sc. lapides] effundentem fecit.

Cruor pro *spuma* legitur I 424 *canentem mandens aper ore cruorem,* ubi ne *cruorem* sanguinem dentium morsu profluentem intellegamus, verbi *canendi* participium illud obstat. Pro *montis* vocabulo Silius haec alia nomina substantiva usurpavit, quae aliquid simile significant: *Collem* I 585 *Herculei ponto coepere exsistere colles,* III 420. 442. 513. 518, *tumulum* XIV 206 sq *non e tumulis glacialibus Acrae defuerunt* et XV 349, ubi *tumulum* pro monte dictum esse ex versu 348 satis luculenter apparet; XVI 307 *tumuli* voce pro *rogi* verbo Silius usus est, cum diceret: *Dona ferunt tumulisque super flagrantibus addunt.* Eleganter Silius VI 610 sq Venerem *Aeneadis mentem dedisse* narrat, *gremis deponere tuto Romuleam tandem* [urbem] i. e. imperium exercitus certo viro confidere, quocum loco conferas velim XV 119 sq.

Fugae voce celeritas significatur III 308 *tanta fuga est* i. e. tanta est celeritas Autololum, quae eadem eodem versu *volatus* appellatur. Contra Daedali volatus a Silio *meatus* appellatus est XII 102 sq, ubi legitur: *Hic pro nubivago gratus pia templa meatu instituit Phoebo,* nempe ut repetitionem *volatus* vocabuli, quod versu 101 praecedit, evitaret.

Senectutis vox de equis usurpata exstat III 382 *properatque senectus* [sc. equorum] et XVI 331 sq, *senectae* vox de cerva XIII 126. *Litus,* quod non nisi de maris ora extrema usurpari solet, Silius IV 582 sq Trebiae flumini tribuit his verbis: *Dum sibi quisque viam per inextricabile litus praeripit,* [cf. Aen. VIII 83.] Contra maris litus *ripam* appellavit VI 513 *et ripa coepit decedere puppis.* *Auspicium* vocatur prodigium de avium volatu petitum vice *augurii* V 60; contra *augurium* menti tribuitur XI 571. Silius *clipei* vocabulum V 525 cum *parmae* voce commutavit his verbis: *Nec crudae tardarunt tegmina parmae,* quippe quae antea versu 521 *clipeus* appellata sit. Lux aquae splendore effecta a Silio *umbra* vocata est VII 143—145, ubi haec leguntur: *Sicut aquae*

splendor . . . tremula laquearia verberat umbra. Nectaris vocabulo Silius ad res dulces et iucundas, ad *vinum* dico et *mel* significanda, bis usus est. VII 164 sq enim uvae vitis *nectar* vocantur his verbis: *Gravidae cui nectare vites nulli dant praelis nomen praeferre Falernis,* et mel XIV 26 *nectaris* voce appellatur, ubi legitur: *Nectare Cecropias Hyblaeo accedere ceras* [est virtus soli], in quo eodem versu et ipso *cerae* vocabulo mel significari manifestum est, [cf. Aen. 433.]

Metallum vice *saxi* vel *marmoris* fungitur VIII 480 sq *tunc quos a niveis exegit Luna metallis,* quocum versu Stat. Silv. I 5. 36 et III 1. 5 haud frustra conferes. Arcem Capuae Silius quaesite *Capitolia* vocavit XI 265 *monstrant [Capuani] Capitolia celsa* [Hannibali], id quod in aliarum quoque urbium arcibus templisque magnificis primoribus deis dicatis Capitolioque Romano similibus significandis saepius fieri Rupertius versui illi annotavit. *Pennas* Hannibali Silius tribuit XII 455 sq *pennasque addente pudore atque ira simul,* ut celerem eius recessum significaret, [cf. Aen. VIII 224.] *Horae* vox apud Silium occasionem agendi eadem sententia, qua nostro sermone *stunde,* XII 193 significat: *Dexter deus horaque nostra est. Furti* vocabulum furtivi concubitus significandi causa exstat VII 487 *ille e furto genitus* et XIII 615 *adstabat fecunda Jovis Pomponia furto. Diei* vox pro terra posita est XIV 8 *extremumque diem invisere.*

Faenus solum aratris reddere dicitur XIV 23, ubi legitur: *Iam reddere faenus aratris* i. e. largas fruges fert solum agricolis. *Pondera* regno dedit Silius XIV 89 sq, ubi haec inveniuntur: *Nec pondera regni posse pati* i. e. laborem imperii.

II. Translationes adiectivorum.

Permultis adiectivis Silius, ut est omnium poetarum mos, vi translata usus est, e quibus haec graviora exempla selegi. Legitur XV 536 *tacito* sub lumine [lunae], quod idem *taciti* adiectivum cum translatione usurpatum exstat VI 71 *tacitum iter,* X 209 *tacitum letum,* III 451 *tacitus liquor* [fluminis Araris], XVII 91 *tacita nox,* VIII 485 *tacitus terror,* X 326 sq. *tacitus dolus,* XV 615 *tacitus passus,* praeterea I 89 *longa* cognomina i. e. diu manentia, XVI 545 *invitae* aurae i. e. resistentes aurae, XIII 494 *anus gravida arcanis,* VIII 91 sq. *siderea Juli effigies,* quocum loco conferas III 629 *sidereus* natus, II 696 aq. *sidereae* animae [1]; III 292 et XV 554 *alipedes* turmae, VII 700 *alipes* currus, XI 99 *fulminea* ira, XII 103

[1]) Cf. Gebbingii comm. p. 20 et 21.

audaces alae, XVII 528 *audaces* motus, XII 104 sq. *inertes* dies, XIII 314 *inertia* facta, XIV 542 *iners* ferrum, XII 414 *ultrix* harundo, XII 460 *ales* saltus, XVII 415 *ales* iaculum, XIV 507 *aligerae* plantae, XII 477 *caecus* astus, XV 619 *caecus* error, XVII 592 *caeca* vis, XII 620 *piceus* turbo et *nigrans* procella, XIII 33 *clauda* fides cf. Hor. carm. III 2. 32, XIII 281 *trux* exsilium, XIII 336 *inhospita* cautes, XVI 103 *inhospita* lustra, XVII 68 ; *hospita* iura, XIII 352 *superbus* victus, XIV 646 *superbae* domus, XV 119 *superba* laurus, XVI 443 sq *superbus* gressus, XVII 620 *superbae* opes, XIII 581 *edax* luctus, XIII 585 *deforme* malum, XIII 761 *improba* puppis, quod idem adiectivum saepius simili sententia in Punicis usurpatum invenitur, cf. XIV 508, XIV 85 *fragilis* senectas, XIV 90 *fluxae* res, XIV 101 sq *cruentus* luxus, XIV 224 *agrestis* ira, XIV 229 *pauper* alvus [Hipparis fluminis], XIV 230 *parcus* gurges, cf. XV 810. XVI 111. XVII 208 sq, XIV 531 *Cyclopia* libido, XIV 582 *inimica* pestis, cf. XVII 209 *aurae voto amicae,* XIV 585 *criniger* Titan [= sol], XIV 622 *avidae* pestes, XIV 653 *mites* opes, cf. XVI 121 *mitis* flamma, XIV 687 *effrenus* furor. XV 9 *lacera* castra, XV 17 *rude* aevum, ib. 57 *lene* aevum, XV 39 *armisona* procella, XV 42 virtus *prodiga* virorum, XV 48 *trepidi* somni, XV 53 *albus* dies [= serenus d.], XV 71 *caelestia* semina mentis, XV 77 *aetherei* ortus seminis, XV 101 *casta* domus, XVII 29 *castus* labor, XV 137 *anxius* favor, XV 178 sq *securae* puppes, XV 197 *agilis* vigor, XV 225 *pigra* planicies, XV 654 *ardua* coepta, cf. XVI 441 sq, XV 296 *turbidus* rex, XV 378 *infelicia* arma, XV 532 *felices* baccae, cf. ib. 756, XV 439 sq *tenuis* lux, ib. 463 *furtiva* lux, XV 455 *dulcia* ora; XVI 73 sq *dulcia* lumina caeli, cf. XVII 216 et 639, XV 591 *opaca* nox, XV 725 *acer* Livius, cf. XVI 490 sq, XV 816 *perfida* bella, XVI 54 *obliquus* Mars, XVI 68 sq *concors* fuga, cf. ib. 380 *concors* frenum et XVII 250 *discors* flatus, XVI 109 sq *animosa* virtus, XVI 156 sq *bilingues* [= perfidi] socii, XVI 215 *saeva* tellus, cf. ib. 543 sq, XVII 311. 458. 622, XVI 267 *trepida* aula, XVI 331 *cruda* [= fortis] senectus, XVI 356 *asper* equus, cf. XVII 136. 434. 541, XVI 383 sq *assiduus* verber, XVI 397 *altae* voces, XVI 439 *inania* lora, XVI 510 sq *igneus* Theron [equus], XVI 683 *opima* pax, XVII 125 sq *celsus* exercitus, XVII 286 sq *acerba* Carthago, cf. ib. 441 et 457, XVII 293 sq *ignifer* hortatus, XVII 379 *praecordia „feta" bello,* XVII 389 sq *alta* merces, XVII 435 *insani* fluctus, XVII 477 *atrox* lux, XVII 490 *belliger* axis, XVII 598 sq *atra* pugna, XVII 628 *sublimis* triumphus, XVII 636 *lenis* [= non periculosa] ora, XVI 357 *blandi* sonitus.

III. Translationes verborum [1]).

Quod de adiectivorum translatione modo dixi, idem valet de Siliano verborum usu metaphorico.

Multae *fundendi*, *perfundendi*, *infundendi*, *struendi* verborum translationes ut apud omnes poetas ita apud Silium exstant, velut invenitur *fundere* ululatum XIII 313, *fundere* carmina i. e. componere XIII 539, *fundere* verba XIII 706, cf. XVII 565, *fundere* harundinem XIV 520, vitam *fundere* i. e. sanguinem fundere XV 236, globos armatos in bella *fundere* XV 369 sq, umbram *fundere* XVI 39, agmina *fundere* XVI 49 sq, — voces *effundere* XIII 710, aestus *effundere* XIV 349, cantus *effundere* XIV 473, animam *effundere* XIV 631 sq, vim telorum *effundere* XV 764 sq, vires *effundere* XVI 339 et 498, sagittas *effundere* XVI 481, cf. ib. 578. Alia exempla videas in Rupertii Punicorum editionis tomi II indice rerum et verborum sub iis, quas dixi, vocibus, quem eundem indicem in iis quoque, quae sequuntur, exemplis conferas quaeso. Invenies *infundere* agmen XIV 638, *ignes diffundere pestem coeperunt* XVII 22 sq, pericula *struere* XIV 188.

Praeterea legitur in Punicis XIV 397 sq *assignare* sagittam nervo i. e. arcui imponere, ib. 398 *sagittam oculis librare* i. e. sagittam collinere, XII 567 sq *urbem oculis intrare,* XIV 399 *calamo iter monstrare,* ib. 400 sq *vultu comitante* per auras telum, ib. 412 [navis] media *subsedit* in unda i. e. mersa est, VI 183 sq *rami auro comantes,* cf. XIV 419 *pinus flamma comans* et XVI 59 sq *crines comantes,* XIV 422 *amentante* noto [ignes] i. e. augente, ib. 423 *intrat* pestis, cf. XIII 667 *intrat terror pectora,* XIV 430 *vapor parcebat* [navi], ib. 436 *ambustus* pelagus, ib. 470 rivi *silent,* cf. XVII 22, XIV 472 silvas *mulcere*, cf. XVII 46 *mulcet spes pectora,* XIV 476 *hauserunt* progeniem flammae, cf. ib. 556. XIV 332. 685. XVI 617. XVII 107. 560, ubi similia *hauriendi* verbi translati exempla invenies, XIV 489 *navem frenare*, ib. 514 *fleverunt freta, fleverunt saxa,* ib. 541 *mari insiliente* [in naves], cf. XVI 547 sq *dissiluit* ignis, et 622 sq *illa lues muris assiliet*, XIV 551 *anima singultante,* ib. 574 *ratis grassata per undas,* cf. ib. 625 *morbis grassantibus.*

Serpendi verbo Silius saepius cum translatione usus est, velut XIV 596 *serpit* labes, ib. 613 *serpit* pestis, XV 501 *serpit* Arar, XII 539 sq *serpit* Anio, XVI 122 sq *serpentes* tempora circum ignes restinguere; addo XIII 576 *rabiem restinguere,* XVI 618 sq

[1]) Cf. Gebbingii comm. p. 8 sq.

Italiam ardentem „restinguere“ i. e. bello finem facere, VIII 488 *accendere* pugnas, XVII 101 sq *fluit* Mulciber, cf. XIV 595 *fluxit* volucris i. e. delapsa est, XIV 599 sq *alimenta ciborum „abnuunt“ fauces „descendere“*, cf. XVII 24 sq *renuens procedere ratis*, XIV 609 *succubuit* medicina malis, ib. 657 *spirantes* vultus, cf. XV 445 sq; *carpendi* verbi translationes en habes XV 1 *carpebat* iura senatum ib. 696 sq, XVI 119, XVII 160, *lacessendi* XV 36 *fata lacessere* et ib. 297. XV 38 sq legitur *certare periclis desine,* ib. 46 sq *non limite duro „decurrat“* aetas, cf. ib. 63 et XVI 670 sq, XV 48 *trepidos abrumpet bucina somnos,* ib. 110 *frigus famemque donabis.* Exquisite Silius XV 116 vestes murice tinctas vocavit *vitiatas;* eleganter XV 209 dictum est *camposque fatigat* pro *quam celerrime percurrit,* XV 152 sq scriptum invenimus *descendit classis in aequor,* cf. XVI 543 *descendit mucro [per pectora],* III 85 *emicet in Martem* i. e. irruat, cf. XV 157 sq et XVI 522 sq, XV 162 *per pontum pia bella veho,* ib. 173 sq *legit anfractus pelagi,* cf. XII 524 arva l., ib. 223 *Titan terras adspergit.*

Fugiendi verbo, ut alibi saepius, vis celeriter movendi est XV 238 et 713 *ut Boream pontus fugit,* et similiter verbo *advolandi* XV 243 *advolat pedes muris,* cf. XIV 208 *Tyndaris [urbs] affluit.* XV 239 *sulcarunt caerula puppes* legitur. — *Frangendi* verbum Silius saepissime transtulit, exempli gratia I 9 sq *foedus conventaque frangere,* XIII 828 *Thybrim et bella Lydia frangere,* XVII 349 *fractis foederibus,* ib. 638 sq *fracto nomine Sidonio,* XV 339 *Hannibalem frangere,* ib. 704 sq *soles nimios frangere.*

Orae Libyae XVII 402 pro Carthagine sunt. *Syrtis* pro harena Syrtis exstat VII 750 his verbis: *Et Syrtim tollere pollens [Africus.] Mundus* pro terra legitur III 611 et IV 779. Caelum *mundi* voce XV 145 significatum est. *Campus* denique pulvis campi intellegendus est V 536 *et surgit sublatis campus harenis*.

δ. Vocabula, quae aliquam aquae formam significant.

Aequor et *aequora* pro maris undis usurpata inveniuntur I

592 sq *fractaque anhelant aequora* et IV 247 *cunctaque canenti perfunditus aequore Cyclas*. *Pontus* pro unda vel undis legitur III 659 *pontum spargens super aera,* IV 80. 321. IX 286. X 510. XIV 122, [cf. Aen. I 114.] *Caerula* [sc. freta] a Silio pro undis posita sunt VII 420 sq his verbis: *Ac spumea late cautibus obiectis reiectat caerula vates.*

Eadem sententia Silius voce *fluctus* usus est XIV 414 sq *palmaque luctantum frustra summis in fluctibus exstant* et XIV 480 et XVII 51, [cf. Aen. V 182.] *Mare* pro undis exstat III 47 *iniectum terris subitum mare*. *Vada Tyrrhena* lacum Trasumenum significant XVII 601 et *palus* pro amni usurpata est XVII 600, ubi haec scripta inveniuntur: *Qualem . . Trebiaeque paludem . . viderat.*

Singulariter et miro quodam modo a Silio *Eridanus* sive Padus pro *Ticino* positus est XI 137 sq his verbis: *Ut caede referta clauserit Eridani victor vada*, cum re vera ad Eridanum a Poenis cum Romanis pugnatum non sit.

Similiter *Padus* pro Trebia et Ticino XV 34 sq legitur *Cannaene tibi graviorque palude Maeonius Stygia lacus excessere Padusque? Caelum* pro *nubibus* exstat IV 742. VI 608. XIII 587. XVI 651, pro *aere* vel *aura* VIII 522. XIV 263. 584, pro *imbre* XV 714 et XVII 252.

ε. Nomina plantarum.

Pinus pro foliis pini a Silio posita est XIII 331, ubi haec leguntur: *Cingit acuta comas et opacat tempora pinus. Quercus* pro ligno quercus usurpata invenitur VII 190 sq *et quercu in cratera cavata dulcis odoratis humor sudavit ab uvis.*

Papaver pro sucis papaveris legitur X 351 sq *curvoque volucris per tenebras portat medicata papavera cornu.* Pro *arboribus* Silius posuit *silvas* III 189. 209, IV 523. X 530. XVII 122, *nemus* VII 675, *lucos* X 529.

ζ. Reliqua huius tropi exempla.

Aevum senectutem solam significat II 320 *nec requies aevi nota* et XVI 454 sq *miseratus et aevum et sortem casus. Aetas* pro iuventute Scipionis usurpata exstat IV 470 sq *pietasque insignis et aetas belligeris fecit miranda silentia campis.* Pro *aetate* vel viribus aetatis inveniuntur *anni* VII 26. X 496. XII 348, iidem pro senectute V 568.

Vita pro spatio vitae legitur XII 560. *Caelum* pro *sole* vel eius radiis positum est a Silio I 84 *caelique arcebant lumina*

[taxi] et III 486 *et caelum intercipit umbra* [tellus]. *Cancer* pro sole in cancri sidere versante invenitur XII 374 *cancro fumantibus austris*. *Nubila* pro aura exstant XVII 556 sq *efflavit in nubila vitam*. *Nox* somnium intellegenda est III 216 *noctemque retractat* = somnium noctis retractat.

Scopulus pro lapide a Silio positus est XIII 233 *scopulusque premebat hiantem,* cum antea Marium saxo tellure revulso perculsum esse narratum sit. *Galeam* pro *loro* galeae Silius II 318 sq usurpavit, ubi haec leguntur: *Galeaque teruntur nondum signatae flava lanugine malae*. *Arcus* pro *sagitta* est XV 570 sq *et Achaemenio velocior arcu evolat.*

Currus equi tantum currui adnexi intellegendi sunt XVI 366 sq his verbis: *Nobilis nunc Durius stimulabat in aequore currum* et ib. 416. 419. 438. 662, [cf. Aen. VII 163. XII 287.]

Regna Punica classis Punica vocata est IV 800 sq *et mersa profundo Punica regna forent*. *Classis* denique pro navibus legitur IV 246. 492. VI 686. VII 409, [cf. Aen. III 300, 403. 602. saepius.]

III. Genus cum specie mutatum.

a. Species pro genere posita.

α. Nomina hominum.

Ad *maiores* significandos apud Silium hae voces usurpatae inveniuntur:

Parentes I 61. II 178. 274. III 26. VI 484. VIII 548. 585. XI 160. XIII 35. 62, [cf. Aen. II 448. III 94. V 39.], *patres* III 390. X 69. XIII 403, — pater legitur pro *proavo* V 395 et XI 178, [cf. Aen. III 107. 168. 180.], — *avi* I 73. 665. 668. II 4. IV 497. 628. 720. V 597. VIII 294, 383. XI 127. 501, [cf. Aen. VI 840. 876. VII 56,], *proavi* II 561. 603. III 397. IV 286. XIII 502. XIV 284. XVII 229, *senes* VII 557 *sic docuere senes*. *Atavus* pro proavo est II 10. IV 150, *avus* pro *proavo* XIII 864, XV 745. XVI 559. XVII 12. *Parentes* Scipionis pater patriusque eius XIII 394 vocati sunt.

Pro *posteris* in Punicis hae voces exstant:

Nepotes I 18. 87. 379. III 252. 396. 562. 589. 618. IV 502. VI 636. VII 634. XI 19, 126. XIII 795. XVII 403, [cf. Aen. III 158. 409. 505, saepius], *alumni* I 106. 514. V 145, *proles* IV 495, *minores* XVI 44. *Alumnus* pro *viro* legitur IX 270, pro *prole* XI 182. *Nepotes* pro pueris exstant XI 495, *primi* pro principibus XVII 632. *Mares* pro viris positi sunt XIV 129, praeterea pro

viris patres XIII 259 et *parentes* V 152, cum omnes homines VI 659 *viri* vocentur.

Feminae a Silio appellatae sunt *matres* II 251. 490. 571. 577. 602. IV 778. VI 395. XI 494. XII 599. XIII 122. 258. XVII 614, [cf. Aen. II 489. 766, 786. 797, saepius], *nurus* III 151 et VII 74.

Populi omnes homines intellegendi sunt I 154. III 695. XI 36.

Totus populus significatur vocibus *vulgi* II 489. XV 596. XVI 302 et *plebis* VIII 269. Totum exercitum Silius vocavit *turbam* IV 519. Hic addiderim *Naiades* pro *Nymphis* exstare XV 772 sq *Omnis Naiadum . . turba ruit.*

β. **Nomina ceterorum animalium.**

Juvenci vox pro *armenti* vocabulo posita exstat VII 359, ubi legitur: *Luctantur frustra rabidi mugire iuvenci,* ubi id quod modo dixi verum esse versibus, qui antecedunt satis bene apparet.

Cete quodvis piscium genus significant VII 476 *dum cete ponto innabunt.*

Chelydri forsitan pro omnibus serpentibus habendi sunt I 412 his verbis: *Tactuque graves sopire chelydros* [doctus].

γ. **Nomina ventorum.**

Pro *vento* legitur in Punicis:

Eurus IV 6. VIII 111 [Euri], X 322. XV 714, [cf. Aen. I 383. VIII 223. XII 733.], *zephyrus* V 504, [cf. Aen. IV 562. X 103.], *notus* XIV 422. 623, [cf. Aen. I 575.], *boreas* XIV 389. XV 713, *austri* VI 321 [cf. Aen. I 51 sq. 536. II 304. III 61. 481. V 696.].

δ. **Vocabula, quae aliquem liquorem significant.**

Aqua a Silio vocatur:

undae I 606. V 47. 72. 95. 605. VI 111. 142. 553. VIII 367. IX 284. XIII 24. XIV 512. XV 225. 243. 485. 767. XVII 164. 233. 247. 269. 289. 314. 560. 639, [cf. Aen. VI 229. VII 230. 466. VIII 69.], *stagna* III 464. 484. IV 82. V 17. 73. 156. VII 378. 500. VIII 28. 165. X 170. 537. 590. XI 508. XVII 497, *vada* XI 138. XIV 231, *profundum* [mare] III 46, *pontus* III 414. VI 13. XII 440. XIV 144, *gurges* III 55. 449. V 4. XII 544. XIII 27. 837. XIV 228. XV 250. 500. XVI 477. 679, *mare* IV 245. XIV 124. 550. XVII 624, *amnis* IV 593. 652, [cf. Aen. VII 465, XII 417.], *fluvius* VIII 572. XIII 123, *pelagus* V 397. XV 744, *lacus* V 582. XVII 496, [cf. Aen. VIII 66. 74. 451.], *flumen* VIII 182. 399. XV 704, [cf. Aen. II 719 sq. V 684.], *aequora* X 325. XVII 238. IV 247 [aequor],

fluctus XII 17. XIV 6, [cf. Aen. V 182.], *fons* XII 366. XVI 123. [cf. Aen. XII 119, II 686.], *fretum* XIII 242, *palus* XIII **426**, [cf. Aen. VI 414.], *rores* XIV 486, [cf. Aen. V 854. VI **230.**], *ripa* XIV 189 sq *haud secus Eridani stagnis ripave Caistri innatat albus olor.*

Venenum exstat pro *suco* XI 40 sq *madefacta veneno Assyrio manibus vestis*, *rores* pro pluvio XV 364 *fudit cum Jupiter aethere rores.*

ε. Nomina ceterarum rerum naturae.

Alpes non superioris Italiae montes, sed *Herculei, qui vocantur, colles* intellegendae sunt I 589 *nunc ipsas alis plangit stridentibus Alpes,* quod ita se habere versibus inde a versu **584** satis lucide apparet.

Pumicis vox pro quovis saxo exstat III 543 sq *atque effusa caris exesi pumicis antra Alpina invadit manus*, cum in Alpium montibus de ipso pumice vix cogitare nobis liceat.

Aurum omnes opes significat II 500 *furias auri* et III 151 *et dives Dardanus auri.*

Robur pro cuiusvis arboris ligno a Silio usurpatum est XIII 104 sq *et nunc robore celsas educi turres* et XIV 311, aeque ac *robora* pro omnibus arboribus posita sunt XV 389 *convectant silvis ingentia robora.*

ζ. Vocabula, quae res ab hominibus fabricatas significant.

Pro omnibus *armis* vel telis a Silio usurpata sunt:

Ensis XII 631 *non hoste in nimbis viso, non ense* et *pila* XIII 308 *stabant inniti pilis exercitus omnis.*

λ. Reliqua huius tropi exempla.

Bellum significant in Punicis

pugna et *pugnae* I 34. III 714. IX 53 sq. XVII 612, *proelium* et *proelia* V 195. 291. VI 622. XIV 40. 125. XV 358. XVI 676, *certamen* II 376, *certamina* XII 27.

Acies pro pugna legitur IX 137 sq *immensamque propinqua stragem acie sperat* et similiter VIII 429. IX 216. XI 147, XII 47. 680. XV 199. XVII 359. 584. *Amplexus* vox pro omnibus rebus Veneris a Silio posita est XI 397 sq *amplexu multoque mero somnoque virorum profliganda acies.* *Augurium* pro *omine* legitur IX 258 sq *cum triste movebat augurium* et XV 144. 147. XVI 592. *Fraudes* denique pro omnibus vitiis usurpatae inveniuntur II 498

fecundum in fraudes hominum genus et ib. 500 *nec vilia praemia fraudum.*

b. Genus pro specie positum.

α. Nomina deos et homines significantia.

Dei voce significantur *Jupiter* III 673. IV 828. XII 639. XIII 343. 374. 643. XV 85, cf. I 231, *Jupiter Hammon* XV 674, *Jupiter Capitolinus* XVII 174, *Pluton* II 673, *Mercurius* III 187. 214, *Mars* IV 443. IX 523, *Apollo* XII 338. XIII 492, cf. IX 57, *Pan* XIII 320. 334, *Eridanus* IV 695, *Hercules* III 20, deus, cuius in templum senatores Carthaginiensium convenerant II 380.

Similiter *deae* vocabulo Silius appellavit: *Fidem* II 481. 488, *Junonem* II 543, *Minervam* VII 459, *Annae numen* VIII 210, *Dianam* XIII 138, *Cybelam* XVII 30.

Dearum voce praeterea intellegendae sunt: *Hesperides* IV 636, *Parcae* VI 120, *Musae* IX 340.

Diva legitur pro *Fide* II 520, *Bellona* V 222, *Annae numine* VIII 30, *Diana* XIII 136, *Cybela* XVII 40. 43.

Regis voce a Silio significatus est *Pluto* XIII 430, *Porsena* XIII 727, qui idem X 487 *tyrannus* vocatus est. *Caelicola* Bacchus dictus est VII 174.

Virginis voce Silius usus est pro *Minerva* IX 526 et X 435, pro *Sibylla* XIII 762. 781. 807. 833, quam eandem Silius *vatem* vocavit XIII 404. 417. 422. 436. 874. 894 et *anum* XIII 494.

Saturnia Juno intellegenda est IV 709. *Nereis* pro *Galatea* usurpata invenitur XIV 222, cum *Eumenis* pro *Tisiphona* posita sit II 559, quae a Silio ib. 595. 609. 625. 693 *Erinys* appellata est. *Phoebas* pro *Cassandra* exstat XV 282. *Aligeri* pro *Erotibus* usurpati inveniuntur VII 458. *Poeni* vocabulo *Hannibal* a Silio dictus est II 25. 204. 257. 509. 565. 632. III 158. IV 700. V 152. 377. 669. VI 609. 640. 699. VII 15. 69. 233. 260. 273. 376. 497. 513. 580. 744. VIII 308. IX 184. 430. 439. 455, 484. 558. X 67. 86. 116. 326. 368. 624. 652. XI 203. 327. 357. 362. 432. XII 292. 558. 587. XV 545. 819. XVII 288. 535. 541. 606.

Similiter in Punicis legitur *Libys* pro *Hannibale* VII 132, 526. IX 244. 640. X 472. 576. XII 478. 644. XIII 94. XVII 472, *Agenoreus* pro *Hannibale* VIII 671, *Libys* pro *Poeno* vel *Poenis* V 250. XII 189. XIV 562. XV 349, *Tirynthius* pro *Hercule* I 509. II 475. XVII 650, *Ithacus* pro *Ulixe* II 180. XIII 803, *Lacon* pro *Xanthippo* II 305, *Nomas* pro *Asbyta* II 186, *Gracchus* pro *Sempronio Graccho* IV 699, *Superbus* pro *Tarquinio Superbo* X 481, *Tydides*

pro *Diomede* XIII 48. 58. 67, *Phryx* pro *Aenea* XIII 64; *Poenus* pro *Hasdrubale* XV 488. 494. 758, *Sidonius* pro *Hasdrubale* XV 800, *Tyrius* pro *Hasdrubale* XV 433, *Massylus* pro *Syphace* XVI 258, *Dardanus* pro *Aenea* II 425, *hostis* pro Hannibale II 238. 255. V 427.

Prolis voce significatur *filius* IV 116. 476. IX 111. XII 346. XVII 37. 72, 654, *filia* VIII 498, *nepos* II 58. *Viri* leguntur pro *peditibus* IX 559. *Miles* pro *pedite* a Silio positus est VII 389.

Magistri voce et similibus vocabulis modo ducem exercitus modo gubernatorem vel ducem navis modo alium quemvis ducem significari iam supra [1]) exposui.

Denique hic addam, *membri* vocem pro *manu* positam esse XIV 489.

β. Nomina ceterorum animalium.

Equus a Silio vocatus est *sonipes* I 222. 577. III 293. 307. 335. 386. 458. 550. IV 146. V 147. VI 7. VII 299. 641. 698. IX 657. X 249. 255. 458. 471. XI 416. XV 398. 604. 729. XVI 173. 332. 394. 421. 555, [cf. Aen. IV 135. XI 600. 638.], *quadrupes* I 162. 217. II 196. 261. IV 96. 241. VI 212. 265. X 291. XVI 424. XVII 135. 536, [cf. Aen. X 892.], *quadrupedans* IV 160, [cf. Aen. XI 614.], *cornipes* I 436. II 72. III 361. 704. IV 19. 145. 231. 265. 339. VI 259. VII 655. 684. VIII 353. 587. IX 280. 646. X 252. 274. 318. XIII 170. XIV 25. XV 683. 726. XVI 200. 327. XVII 65. 133. 530. 541. 556.

Monstrum significat *elephantem* IX 571. 628. X 101. 158, *anguem* II 158 et III 198, cum anguis a Silio *pestis* appellatus sit III 201, quod idem vocabulum apis intellegendus est III 38.

Ferus deinde a Silio pro *serpenti* usurpatus invenitur VI 268. *Fera* legitur pro *angui* VI 251, pro *elephanto* IV 611. IX 571. 574, 594. 601. 609. X 100. XI 564. XII 276, qui idem *belua* a Silio vocatus est VIII 670. IX 240. 597, 614. X 249. XI 540. 587. XVI 173. XVII 621. *Ales* pro *gallina* posita est V 59 et 90, pro *columba* III 687. *Columbae volucres* appellatae sunt IV 132, *accipiter volucer* dictus est IV 123. *Praepes aquilam* significat IV 129, *piscis delphinum* XIV 570. *Malum* pro igniferis illis tauris invenitur VII 361. *Dens* pro *dente elephanti* legitur XVI 205.

γ. Vocabula, quae armorum genera significant.

Teli vox in Punicis posita est pro *hasta* I 383. IV 182. 454

---

[1]) Cf. Transl. I 1. sub finem.

611. V 316. 331. 346. 560. VII 614. 630. 656. IX 170. XIII 162. XVII 139. 322, *glande* I 316, *lapide* I 336, *ense* I 516, *sagitta* II 91. 114. 134. IV 171. VII 445. 453. XIV 401, *clava* II 169. 247. *clipeo* II 576, *lancea* IV 620, *pilo* V 216, *iaculo* V 454, *securi bipenni* XVI 67.

Similiter *arma* apud Silium exstant pro *clipeo* I 365. II 244. 474. IX 261. XII 263. XVI 107, [cf. Aen. III 288. X 841. 412. XII 491.], *pelta* II 76. IV 389, *hasta* VII 633, *fulmine* IX 480.

Tegminis voce in Punicis significatur *cassis* vel *galea* I 402. XII 259. 277. XVI 65, [cf. Aen. VII 632. 742.], *clipeus* II 453, IV 291. 326. IX 176. X 138. 144, *scutum* II 79. IV 386. 388, [cf. Aen. IX 577. X 476.], *lorica* I 528. V 449. X 118, *pellis* II 156. 267. 474. V 525, *pellis bovis* V 318, *ocrea* III 279, [cf. Aen. XI 777.]

Gestamen usurpatum est a Silio pro *lorica* I 529, *clipeo* V 349, *armis* IX 381.

Velaminis voce Silius usus est ad *pellem* significandam III 276, pro *sagulo* IV 534. *Exuviae* pro pelle sunt II 191, *spolium* pro *galea* XII 294.

δ. Voces humorem aliquem significantes.

Aqua exstat pro *unda* et *undis* V 129. XII 356. XIII 564, [cf. Aen. I 167. VI 356. VIII 77. 549.]. *Liquor* aquam significat III 451. IV 84. V 606. IX 616. XIII 26. Eadem sententia a Silio usurpata sunt *lympha* IV 87. 592. VI 91. IX 297. XI 418 et *humor* VII 181 et XIII 398.

Unda pro unda Stygis fluminis invenitur IX 250. *Amnis* pro Tiberi flumine positus est XVII 9, *lacus* pro lacu Trasumeno XII 697. *Profundum* pro *lacu* est VII 373.

Caerula a Silio saepissime pro *mari* usurpata sunt. *Venenum* intellegendum est *sucus venenatus* I 212, *vapor venenatus* VI 282, *quaelibet res venenata* XII 370. *Virus* pro *vapore venenato* exstat XII 124. *Tabum* pro sanie legitur XIII 487.

Ad *vinum* significandum Silius voce *laticis* VII 164 usus est.

ε. Nomina earum, quae reliquae sunt, rerum naturae.

Molis vox exstat pro *monte* usurpata I 127, pro *marmore* VI 664. *Monstri* vocabulo *mons ingens* significatur III 504. *Lapis* margarita intellegendus est XII 231.

Metallum vocavit Silius chalybem X 118. *Terrae* voce pro *insulae* vocabulo Silius XIV 70 usus est, [cf. Aen. III 127.]. *Lumen* pro *sole* positum est VII 145 et XIII 132, pro *igni* XVII 95, cum *lumina* XVII 624 *naves ardentes* intellegenda sint.

Ignis est pro *fulmine* XII 628 et 721, cf. VII 353. *Sidera* pro *sole* exstant IX 326. *Situs* pro *ferrugine* VII 534 legitur.

ζ. Vocabula, quae res ab hominibus fabricatas significant praeter arma.

Opus pro artificio usurpatur II 397. Exstant praeterea: *Moles* pro *aggere* I 579, pro *cumba* XIII 761, *currus* pro *curru triumphali* I 616, pro *curru solis* XI 269, *sedes* pro *sella curuli* XI 91, *vestis* pro *vestimento* II 602, *velamen* pro *toga* X 647, *signum* pro *insigni* XI 532, *substramen* pro *rota* XII 444, *lampas* pro *taeda* XIV 429, *notae* pro *litteris* IX 253, *propugnacula* pro *turribus* IX 604, *navalia* pro *portu* VIII 532, *ratis* pro *navi* II 306. 371. III 129. IV 716. VI 365. 525. VIII 88. 110. 482. 621. X 321. XI 469. XIV 453. 491. 519. 534. 546. 548. XVII 25. 44. 158. 237. 272. 622.

Adiungo haec vocabula locum aliquem significantia. *Urbs* intellegenda est *Roma* III 614. IV 41. 500. 708. V 151. VI 554. VII 382. 408. 519. 743. VIII 245. 250. 277. IX 635. X 268. 280. 285. 291. 307. 408. 579. 638. XI 107. 151. XII 752. XIII 2. 711. XVI 660.

Campana urbs pro *Capua* legitur XI 215, *Sicana urbs* pro *Syracusis* XV 356.

Praeterea *Romam* significant *muri* XIII 267, *moenia* XV 519. 550, XVII 231.

Pro *monte Capitolino* vel *Capitolio arx* I 625. X 580. 645. XIII 841 et *mons* XII 622. 641. 709 leguntur.

Campus pro *campo Martio* usurpatus invenitur XV 734. *Cavea* pro *circo* posita est a Silio XVI 472. 535.

η. Reliqua huius tropi exempla

Pompae voce significatur *triumphus* I 626, *funus* V 600. *Trieteris* pro *Bacchanalibus* exstat IV 776. *Res* legitur pro *bello* I 597 et XII 706. *Bellum* et *bella* a Silio posita sunt pro *pugna* II 113. 528. X 54. 67. 172. XVI 57, *proelio* III 255. IV 189. V 60, VI 227. IX 277. 333. 349. 573. XII 289. 652, 660. XV 370. 682. XVI 53, *certamine* IV 372. 420. V 287. 394, 499. 609. VI 679. VII 325. IX 12. 611. X 187. XII 213, *oppugnatione* XIV 340. *Conati* vox pro *bello* legitur XII 434.

Discriminis vocabulum usurpatum invenitur pro *certamine* XIII 190, pro *pugna* XVII 389, pro *bello* XV 498. *Periculum* pro *bello* exstat XIV 264, *pestis* pro *fame* II 462, pro *morbo* XVII 555, *salus* pro *vita* XVII 580.

Lapsus intellegendus est *volatus* lll 169. *Sonitus* pro *tonitru* lll 196 legitur.

Mens significat *furorem* X 407, *iram* Xlll 317, *pietas amorem patriae* IV 396, *ingenium superbiam* Xl 556, *luxus cupidinem luxuriose epulandi* Xlll 355, *honor libamen* Xlll 434, *furtum furtivas nuptias* Xlll 615, *crimen adulterium* Vl 439, *stuprum* Vl 634, *votum devotionem* Vll 215.

Praeterea sunt apud Silium *omen* = augurium lV 127. 131, *pars* = dimidia pars lV 535 et Xl 59, *fortuna* = fortuna secunda V 203. 248. Xl 23, = fortuna adversa X 597, *mala* = servitus Xll 33, *fata* = fortuna secunda Vll 307, *eventus* = eventus malus Vlll 60, *tempus* = *tempus adversum* Vlll 112, *nomina* = infamia X 30, *Dardania* = instituta et leges Dardanorum l 42 sq *intulerit Latio . . . Troius . . exsul Dardaniam.*

IV. Materies pro ea re, quae inde effecta est, posita.

a. Vocabula lignum aliquod significantia.

Arbor exstat pro *malo* III 129. *Robur* legitur pro *cruce* I 153, 165, *hasta* II 471. IV 540. V 243. XIV 543, [cf. Aen. X 479. XII 783.], *hasta falarica* I 353, *trabe* XIV 311, [cf. Aen. II 186. V 681. 698. 753.], *navi* XIV 328. 381, *alvo navis* XIV 390.

Quercus est pro *sude* X 159, *ilex* pro ligno ilicis XIII 277. *Pinus* pro *navi* a Silio usurpata est VI 522, [cf. Aen. V 153. IX 116. X 206. 230. Val. Fl. I 457. II 48. V 435.], pro *hasta* IX 336. pro *face* X 529. XIV 303. 420. 432, [cf. Aen. VII 397. IX 72. 522. Val. II 196.], *ornus* pro *hasta* I 337.

Cornus invenitur pro *hasta* II 124. IV 550. VII 615. VIII 549. X 37. 118. 121. XIII 204. 235. XIV. 442. XV 441, [cf. Aen. IX 698. XII 267.], pro *sagitta* IV 142. *Alni* voce significatur *navis* III 458. XII 522. XIV 379. 448. 481. XVII 17. *Abies* est pro *hasta* IV 255, [cf. Aen. XI 667], item *fraxinus* IV 341. V 549, *taxus* IV 567. XIII 210. *Laurus* exstat pro *laurea corona* VI 661. XI 484. XV 100. 119, *amomum* pro *balsamo* amomi ramis et foliis parato XI 402. XV 117.

Flores pro *sucis florum* XVI 309 positi inveniuntur. *Trabs* legitur pro *hasta trabali* IV 283 et VI 280, pro *navi* VI 523, pro *ariete* XIII 107.

Lignum ligneum capulum hastae significat IV 632, *ramus* hastam V 244. 255. *Contus* est pro *pilo* VI 277, *sudes* pro *pilo* VIII 552, *taeda* saepe pro *face,* velut IX 600 et X 440, quem eundem tropum Vergilius et Valerius aliquoties adhibuerunt.

Sagitta a Silio vocata est *harundo* II 95. V 447. VII 649. 674. IX 338. 612. X 12. 260. 401. XII 414. XIII 185. XIV 520. XVI 110, [cf. Aen. IV 73. V 525. 544. VII 387, Val. VI 687.], *calamus* II 106. 118. VII 654. 677. XIV 399, [cf. Aen. X 140.].

Fistulam significavit Silius voce *calamorum* XIII 347, *avenae* XIV 467, *harundinis* XIV 471.

Canna legitur pro *salpinge* VII 439 et *lotus* pro *tibia* VIII 504 et XI 430.

Hic nonnullos locos commemoraverim, quibus res e materie effecta pro ipsa materie a Silio posita est. IV 24 enim *obex* legitur pro arboribus, quibus obices efficiuntur, his verbis: *Et fidos certant obices arcessere silva.*

Trabs pro *arbore* est IV 743, ubi legitur: *Condiderat nix alta trabes* i. e. arbores Apennini, quocum loco conferas I 352 sq. *celsisque nivosae Pyrenes trabs lecta iugis,* cum re vera non trabs, sed arbor, ex qua trabs effecta erat, in saltu Pyrenaeo lecta esset. *Stipes* truncus arboris intellegendus est X 168 sq. *et omnem conlabens operit spatioso stipite prolem* i. e. quercus fulmine icta collabens minores arbores ex radicibus suis vel glandibus enatas operit.

b. Vocabula, quae saxa aut metalla significant.

Marmor exstat pro *statua marmorea* I 98 *vultusque in marmore sudat Elissae, saxum* pro *cote* IV 19 *saxoque exsasperat ensem, harena* pro *circo* XVI 414.

Metallum invenitur pro ensibus vel quovis telo VIII 615 sq. *non totidem Ilva viros, sed laetos cingere ferrum armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.*

Aurum a Silio usurpatum est pro *aureis pomis* III 286 *atque inter frondes revirescere viderat aurum, aureis foliis et malis* VI 183 sq. *qualisque comantes auro servavit ramos Iunonius anguis* i. e. aurea poma a Terra Iunoni pro nuptiali munere data, quae ab angui custodiebantur, *aureis vasis* XI 278 et XIII 357, [cf. Aen. I 640.], *tegminibus aureis* XV 25, [cf. Aen. III 517. V 132. IX 163. XI 779. XII 126, Val. II 472.], *aureis clipei ornamentis* XV 678 *clipeumque accenderat auro, aurea supellectile* XIII 351 sq. *multa deum templis domibusque nitentibus auro egeritur praeda, aureis anulis* VIII 675. XIII 483, *pecunia* vel quibusvis opibus XI 563 *tela, viros, aurum, classes, alimenta precatur.*

Multiplex aurum X 114 lorica auro ornata intellegenda est *haesit multiplici non alte cuspis in auro.*

Argentum legitur pro *argenteis vasis* XIII 356, [cf. Aen. V 593. 640. III 466. X 527.]. *Chalybs* exstat pro *laminis*, quae in tor-

mentis adhiberi solebant, I 171 *non ignes candensque chalybs . . cessavere,* pro *spiculis* sagittarum vel potius pro totis sagittis II 106 sq, *Coryti fratrum ex humeris calamique paterni pendebant volucerque chalybs, Minoia tela* i. e. *volucres sagittae spiculis ferreis exarmatae,* pro *quibusvis armis e chalybe effectis* III 303 *tum chalybis pauper Baniurae cruda iuventus* et XIV 544 *pugnat inops chalybis* i. e. *telis et gladio destitutus,* pro *hasta* VI 255 *et chalybem longo tum primum passus in aevo* i. e. tum primum iaculo vulneratus, pro *trabe cuspide ferrea exornata* XIV 326 sq. *cum desuper actum incuterent puppi chalybem morsusque tenaces* i. e. *trabem curvis unguibus ferreis armatam.*

Praeterea conferas velim I 230 *atque atros chalybis fetus humus horrida nutrit,* ubi chalybs pro saxis, quibus metalla continentur, exstat.

Plumbum pro *pilis* plumbeis a Silio usurpatum est III 365. IX 233. 622. [cf. Aen. V 405. IX 588.].

Aes significat in Punicis *galeam* V 296 et VIII 375, [cf. Aen. IX 809. X 869.], *clipeum* V 319. 521, [cf. Aen. II 545.], *tubam* VII 605. VIII 488. XIII 361. XIV 371, [cf. Aen. VI 165. IX 503, Val. III 63.], *statuas, signa, vasa aenea* XIV 655 sq. *non aera iuvabat quem adcire ex Ephyre,* i. e. non iuvabat aliquem, Corintho vasa ex aere facta vel statuas et signa accire, *tintinnabula aenea* XVII 18 *circum arguta cavis tinnitibus aera . . certabant.*

Ferrum apud Silium est pro *armis* V 635 *vos in Tarpeia Tonantis tecta faces ferrumque datis* i. e. *vos in Capitolium faces conicitis et armis ruitis* et ib. 670. VII 278. XIV 629. XVI 101. 296. 531. XVII 320, *gladio* I 267. 432. 635. 681. II 643. 648. 705. III 273. 520. IV 13. 191. 197. 787. VI 48. 87· 319. VIII 155. 268. IX 296. 382. 519. 570. X 3. 7. 193. 242. 316. XI 53. 199. 356. XII 492. XIII 284. 371. 427. 508. XIV 106. 134. 159. 166. 555. XV 661. 666. XVII 315. 492. 583, *hasta* IV 453. V 452. VII 702. X 142. XIII 164. 198, *sagitta* II 92. 128, *cuspide ferrea telorum* vel *ipsis telis* II 120. V 327. 353. VII 627. 651. XIV 328, *lorica* VIII 547, *scipione* XIII 826, *freno* XVI 358, *ancora* VI 355, *unguibus ferreis trabis* XIII 107 et XIV 418.

c. Vocabula, quae res ex animalibus effectas significant.

Ebur exstat in Punicis pro *rebus ebore effectis* V 262 sq. *patrio nec regia [arx] quondam praefulgens ebore,* contra pro *dente elephantorum* IX 582 sq. *atque ebori praefixa comminus hasta fulget.*

Testudo significat *lyram* XI 288. 436. 441.[1]) Eadem sententia usurpata est a Silio *chelys* XI 408. 441. 451.

Cornu legitur pro *arcu* II 109 [cf. Aen. VII 497. IX. 606. XI 773. 859.], pro *tibia* XV 761.[2])

Cerae inveniuntur pro *mellificio* vel *melle* II 219.

Ostrum Silius posuit pro *veste purpura tincta* III 238. VI 443. VII 641. XV 427. XVI 576. XVII 391. 645, [cf. Aen. V 133. X 722. XI 772. XII 126.], *toga praetexta* VIII 243. XI 154. 273. XIII 285. *stragulo purpureo* VII 641. XVI 164, [cf. Aen. I 700. IV 134. VII 277.].

Murex in Punicis pro *veste purpurea* IV 324 et XV 205 legitur, *purpura* pro *veste purpurea* VII 642 [cf. Aen. VII 251 sq.], *toga practexta* XI 95. XIV 112 [cf. Aen. V 250 sq.], *coccum* pro *veste coccina* XVI 354. XVII 395.

Vellera usurpavit Sylius pro *vitta* VI 92, pro *rebus velleribus ramorum fabricatis* XIV 664, pro *velamine* XVI 176. *Lanae* inveniuntur pro *veste* XVI 568. *Venenum* est pro *telis venenatis* XV 682. *Pennae* exstant pro *alis* III 679. V 281, XII 93. XIV 595. XV 425, *iuba* pro *crista* IV 213 et 451.

d. Vocabula vestem aliquam significantia.

Pro *velis* exstant *carbasa* I 688. II 425. III 130. 537. VI 354. XV 163 [cf. Aen. III 357. IV 417] et *lintea* I 689, [cf. Aen. III 686.]. *Linum* legitur pro *veste lintea* III 24. IV 223, pro *vitta* III 271, pro *thorace* IV 291, pro *reti* V 583.

Stamen Silius usurpavit pro *velamine capitis* III 25, pro *textu* XV 31, pro *filis Parcarum* XVII 120, *fila* pro *subtemine* XV 698, *subtemen* pro *veste* XV 433.

C. De metonymia.

Metonymia est positio nominis pro nomine, quae affinitate quadam ac propinquitate facile perspiciendis inter se coniuncta sunt. Tryphon [Spengel Rh. Gr. III 195.] metonymiam sic definit: „*Μετωνυμία ἐστὶ λέξις ἀπὸ τοῦ ὁμωνύμου τὸ συνώνυμον δηλοῦσα.*“ Ex Latinis scriptoribus et viris grammaticis Cicero [orat. XXVII 92 sq.] translata verba atque immutata esse dicit, ita, ut illa tropo,

[1] Pro „testudine“, quod verbum certe languet, alii aliud legendum proposuerunt. Mihi maxime placet „dulcedine“, quod G. Thilo [Symb. phill. Bonn. „emend. Silianae“ p. 399—410] conecit.

[2]) Secundum Gronovium.

qui vocatur, metaphorae, haec metonymiae subiungenda sint, atque pergit [92 sq.]: *Mutata [ea dico], in quibus pro verbo proprio subicitur aliud, quod idem significet sumptum ex re aliqua consequenti . . . . Hanc ὑπαλλαγὴν rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, μετωνυμίαν grammatici vocant, quod nomina transferuntur.* Atque similiter Quintilianus [Inst. or. VIII 6. 23.] *Nec procul*, inquit, *ab hoc genere discedit metonymia, quae est nominis pro nomine positio, [cuius vis est pro eo, quod dicitur, causam, propter quam dicitur, ponere,] sed, ut ait Cicero, hypallagen rhetores dicunt. Haec inventas ab inventore et subiectas res ab obtinentibus significat.* A Charisio [Inst. gram. IV, apud Keilium Gr. L. I p. 273. 10 sq.] metonymia *dictio ab aliis significationibus ad aliam proximitatem translata* vocatur et Diomedes [Keil Gr. L. I 458. 13 sq.] de metonymia haec exponit: *Metonymia dicitur transnominatio. Est autem dictio ab alia propria significatione ad aliam propriam traslata.*

Quibus de metonymiae natura ac vi praemissis ad exempla eius, quae in Punicis exstant, enumeranda transeo.

I De causa efficiente et re effecta inter se commutatis.

a. Causa efficiens pro re effecta usurpata.

1. Saepe nomina deorum ut apud alios poetas sic in Punicis pro eo, quod sub illorum imperio est, legitur. En habes huius tropi exempla:

Mars sive *Mavors* positus est pro *pugna, proelio, bello* I 8. 116. 302. 549. 569. 619. 640. 680. II 4. 40. 79. 381. 393. 555. III 85. 89. 317. 330. 335. 352. 573. IV 100. 228. 265. 361. V 31. 186. 233. 247. 430. 442. 458. 476. 530. 558. 570. 590. 609. 660. 664. VI 6. 16. 25. 47. 208. 210. 307. 317. 333. 345. 445. 477. VII 41. 113. 125. 222. 298. 543. 661. 705. VIII 4. 20. 238. 253. 260. 302. 305. 355. 462. 579. 613. IX 136. 334. 436. X 135. 328. 383. 386. 399. 420. 545. 564. XI 24. 143. 375. 502. XII 105. 274. 286. 299. 325. 422. XIII 18. 37. 155. 213. 379. 456. 463. 484. 508. 670. 699. 742. 772. XIV 9. 132. 154. 266. 608. XV 2. 118. 132. 265. 344. 360. 440. 518. 610. 663. XVI 11. 24. 54. 106. 147. 155. 174. 203. 618. XVII 87. 328. 480. 488. 510, *fortuna* belli, pugnae, proelii I 457. II 365. XIII 197. 291. XV 801. 808, *cupidine pugnae* XV 594, *apparatu et cura belli* IV 11, *virtute* XVI 115. Similiter exstat *Gradivus* pro *bello* III 702. X 14. XI 101. 399. XIII 532. XVII 485, *fortuna belli* XV 15, *cupidine belli* XV 337, *virtute* XIII 365.

Ceres legitur pro *agricultura* I 237 *nec Ceréri terra indocilis*, et IX 205 *rura centum Cereri fructicantia culmis, agris fertilibus* XI 266 *Cereremque benignam [docent]* i. e. monstrant agros frugiferos et XIII 535 *Tertia [porta regni Ditis accipit] ruricolas Cereris* i. e. colonos agrorum, quibus locis addo I 213 sq ubi legitur: *Felix qua pingues mitis plaga temperat agros, Nec Cerere Hennaea, Phario nec victa colono* i. e. nec Cerere Siciliae vel potius agris fertilibus Siciliae vel fertilitate agrorum Siciliae victa. Pro *frumento vel pane* denique exstat Ceres XVII 194 sq *dumque etiam Cerere et victu fraudasse cohortes Hannoni placet*, [cf. Aen. I 177. 701. VII 113. VIII 181, Val. 254. III 5].

Bacchus invenitur pro *vino* III 423 *possessus Baccho* XI 301. XIII 434, [cf. Aen. III 354. VIII 181, Val. II 70. III 5], *vitibus vel uvis* I 237 *nec inhospita Baccho terra* V 465. XIV 24, *vi vini* vel *ebrietate* IV 777 *et inclusum suspirat pectore Bacchum*. Similiter *Lyaeus* est pro *vino* vel *vitibus et uvis* III 370 *et Latio tantum cessura Lyaeo* [Tarraco] VI 138 sq. VII 169. XIV 204. XVI 308, *vini vi* XI 302 *ardescitque Lyaeo* et XIII 273, *compotatione* XI 406 sq *discatque Lyaeo imbellem donare diem*.

Venus legitur pro *amore* vel *Venereo amplexu* II 83 sq *nec non Veneris iam foedera passae reginam cingunt*, pro *semine vel fecunditate* III 381 *et Venerem occultam genitali concipit aura*, [cf. Aen. VI 26. XI 736].

Praeterea a Silio usurpati sunt

Volcanus pro *igni* I 363. IV 681. V 513. XIV 307. XVII 97, [cf. Aen. V 662. VII 77. IX 76], *Mulciber* pro *igni* XII 141. XIV 450. 566. XVII 102, *Nereus* pro *mari* III 49. IV 298. XIV 18. 414, XV 240. XVII 624, [cf. Val. I 450], *Neptunus* pro *mari* XII 575, *Tethys* pro *mari* III 60. 411. V 395. XIV 347. XVI 172. XVII 243, *Oceanus* pro *mari* III 52. XIII 554. XIV 349. XVI 37. XVII 145. 244, pro *mercatura* III 392 *celebre Oceano . . . Hispal, Phoebus* pro *sole* III 399. 481. IX 34. XV 224. 334, pro *luce solis* VII 206, XII 732, pro *ardore* solis IX 225, pro *sacro furore* sacerdotis vaticinaturae XII 323, *Titan* pro *sole* XIV 641. XV 223. 248, *luce solis* V 57, *ardore solis* XIV 585, pro *die* XIV 344, [cf. Aen. IV 119], *Phaeton* pro *sole* XI 369, pro *luce solis* VI 3, *equi Phaetontis* pro luce [= vita] XIII 458, *Sol* pro *luce* [= terra] XIV 147, *Cancer* pro *ardore* solis in Cancri sidere versantis XII 374, *Eous* pro *aurora* IX 180 et XI 515, [cf. Aen. III 588. XI 4], *Aurora* pro *die* XII 575, *Vesper* pro *tenebris* II 216, *Hesperus* pro *nocte* XII 647, *Sirius* pro tempore, quo lucet, i. e. aestate XIV 621, *Cynthia* pro *luna* IV 480, *Titania* pro *luna* IX 161, *Phoebe* pro

luna XV 563. XVI 35, *Erebus* pro *infernis* II 541. XII 659. XIII 435. 759. 894. XV 43, *Dis* pro *infernis* XIII 559 et 587, *Vesta* pro igni, qui in foco domus ali solet, VI 76, *Dictynna* i. e. *Diana* pro *venatu* II 71 *Dictynnam . . . amabat,* [cf. Aen. XI 582], *Penates* pro *domo* I 616. II 566. III 428. IV 787. VI 67. 448. 668. VII 475. XI 228. 569. XIII 276, [cf. Aen. I 527. 704. IV 21. VIII 123. 543. XI 264], *patria* II 141. XV 312, *urbe* II 32. XII 601, *re familiari* III 291, X 94, *Lares* et *Lar* pro *foco* i. e. domo IV 27. VII 173, *patria* VII 558. IX 81, *patrii dei* pro *patria* VII 382, *Hymenaeus* pro *nuptiis* III 64. V 22, *Musae* pro *artibus* III 619. XII 31. 219, *Camena* pro *cantu* XIV 30, *Furiae* pro *bello* I 146, pro *rabie* I 444, *Erinnys* pro *furore* X 417, *Aeolius furor* i. e. *Aeolus furens* pro *ventis furentibus* IX 525, *Parcae* pro *fato* vel *fortuna* V 75. VIII 6. IX 475. 649. X 644. XIII 45, quo loco *Deae* Parcae intellegendae sunt, *Clotho* pro *fato* IV 469, pro *vita* V 404, *Atropos* pro *fato* XVII 120, *Fors* pro *fortuna* II 5.

Quibus exemplis haec plus minusve huc spectantia adiungo *Diona, Veneris mater,* exstat pro ipsa *Venere* IV 106. VI 697. VII 87. XIV 410, *Diana* pro *poena a Diana constituta* XV 307, *Quirinus* pro *Romanis* et *urbe Roma* IV 813. X 332. XIII 266, *Elissa* pro *Carthaginiensibus* vel *Poenis* VII 488 et XVII 224, *Arethusa* pro *Sicilia* V 490, *Troia* pro *Roma* VII 16.

Denique de *dei, divi, numinis, caelicolae* vocibus haec pauca addenda sunt. *Deus* significat *numen Jovis Hammonis et vaticinandi facultatem* III 697 *ecce intrat subitus vatem deus.* VII 532 sq verbis *non sperata diu plano certamina campo offert ecce deus* dei vocabulum pro favore deorum positum est, quocum loco conferas velim VIII 325 sq. — XII 639, ubi legimus *Aeneadae sensere deum* deus *voluntas et mens benigna Iovis* intellegendus est.

Deae voce auxilium Dianae XIII 138 sq significatur, ubi haec scripta inveniuntur: *Alacer fidensque dea . . . arma movet.* Eleganter *dei* vocabulum XII 338 verbis *vulgique deus pervenit ad aures* pro responso Pythiae a Silio positum est. X 168 *deus* pro *fulmine* Iovis exstat his verbis: *Donec victa deo late procumbit.*

Dei intellegendi sunt *auxilium et favor deorum* V 80 *plenus et ipse deum,* fortasse *prodigia* V 87 sq *tantum ne dedignare secundos exspectare deos.* *Superi* pro *malis prodigiis sunt* V 84 sq *cedas, oramus, superis,* quocum loco conferas V 104 *ne caelicolis coutendere perstet.* *Divi* exstant pro *legibus deorum* III 502 *divisque repugnent, fortuna* VI 24 *divis melioribus* et XV 590, *auxilio deorum* VII 73 *divisque tumens ausisque secundis,* VII 75. VIII 235 *redeunt divi* i. e. favor auxiliumque deorum.

Numen auxilium significat I 512 *fer numen amicum,* praesidium XIV 410 et 438, tutelam XVI 654 et XVII 154, verba et monita numinis IV 739.

2. Transeo ad exempla, quae ex bello armorumque usu petita sunt.

Arma dicta sunt a Silio pro *bello* et *pugna* et *rebus gestis* I 1 *ordior arma* ib. 18. 36. 241. 642. 692. II 305. 352. 518. III 68. 253. 330. 362. 385. 501. IV 704. VI 586. 619. VII 407. 491. 591. VIII 26. 289. 296. 311. 352. 460. 590. IX 548. 555. 565. X 29. XI 133. 580. 598, XII 15. 349. 427. XIII 236. 264. 815. XV 157. 322. 336. 400. 404. 471. 744. XVI 84. 134. 158. 186. 213. 656. XVII 47. 192. 261. 292. 420. 572. 612, [cf. Aen. I 1. 150. 545, saepius], *certamine* V 568. XVII 305, *virtute* IV 814, *belli peritia* XIII 700, *auxilio* III 432.

Praeterea exstant in Punicis *ferrum* pro *bello* I 635. II 316 *aut ferro flammave fatiscunt* III 575. IV 787. V 636. VI 480. 702. VII 237. 265. 397. IX 223. XIII 284. XIV 182. XVI 153, [cf. Aen. VII 461. 525. 692, saepius], *vi* V 174. VI 307. VII 278. XII 492. XIII 508. XV 115, *morte ferro illata* II 705, *ensis et enses* pro *bello* I 219. 648, VII 167. XII 469, *vi* II 504. XI 184. XII 423. XVII 85, *caede* XIV 104, *ictu ensis* XVII 310, *capulus* pro *bello* I 614, *cuspis* pro *bello* VII 600, *tela* pro *bello* I 341, *telum* pro *vulnere* IX 146, *chalybs* pro *vulnere* VI 255, *securis* pro *morte securi illata* XIII 368, *saxum* pro *morte saxo illata* III 329.

Bellum et *bella* sunt pro *impetu* IV 657, *praeda* X 551, *proelia* pro *impetu* IV 564. VI 266, pro *pulvere proelio moto* VIII 663. *Caedes* legitur apud Silium pro *sanguine* I 319. 525. II 17. IV 665. V 459. VI 36. VII 324, IX 483. XIII 8, [cf. Aen. IV 21. VIII 196. 695. IX 456. 818, Val. V 340. 454. VI 415], *viris occisis* I 453. V 665. VI 15. 603. VII 52. XI 137. 519. XIII 702, [cf. Aen. X 245], *clade* XVI 15, *hostiis humanis* IV 766 *poscere caede deos veniam* et ib. 820, *morte* IV 141. V 593, *victoria* VI 662. XV 185.

Strages a Silio posita est pro *sanguine* VI 108. VII 486, *corporibus virorum stratorum* I 453. VII 624. VIII 659. IX 189. X 143. 193. 454. 506. XI 526. XIII 208. 743. XV 406. XVII 486. 602. [cf. Aen. VI 504. XI 384], *pecore strato* II 687, *clade* V 89. IX 372. XI 532, *caede* IV 336.

Vulnus legitur pro *cicatrice* II 42 *insignis nudato vulnere, sanguine* X 239, *pectore vulnerato* V 454, *viro vulnerando* IV 141 *invenit vulnus* [sc. cornus.], *ruina* pro *cadaveribus* X 504, cf. XV 692, pro *pernicie* V 329, *ictus* pro *vulnere* V 359, pro *telo* IX 321. 507, XV 632, pro *vi* IV 137, *conamen* pro *ictu* V 295, *obitus* pro

mortuis V 672, *mors* pro *mortuis* VI 32. IX 369. XIII 693, pro *animis* mortuorum XIII 544 et 870, pro *viro necando* XII 265, *letum* pro *cadaveribus* IV 633, *furor* pro *caede* II 623.

Varia sententia a Silio Vergilium secuto voces *manus* et *dextrae* usurpatae sunt.

Manus enim legitur in Punicis pro *virtute* IV 47. VII 324. XII 197. XIII 99. XVI 15. 115. [cf. Aen. X 81. 320. 419, saepius.], *ictu teli manu emissi* II 705. VI 290. IX 426, *bello* XV 119. XVII 320, *proelio* VIII 14, [cf. Aen. II 434. XI 116. XII 23. 627.].

Dextra similiter est pro *virtute* V 100. VI 715. VIII 262. 383. IX 199. 436. X 409. XIII 184. 378. 452. XIV 142. 148. XV 92. 258. 267. 385. 510. 654. 744. XVI 32. 85. 550. 668. XVII 129. 198. 296. 331. 446, [cf. Aen. XII 50. 436, 538. 644, saepius], *ictu teli manu emissi* II 163. 186. IV 17. 37. 672. 717. V 230. 501. 562. 657. VII 560. IX 124. XV 793, *vi* XI 356 [cf. Aen. V 692.], *furore* vel *caede* IV 666, *rebus gestis* II 601, *promisso dextra dato* VIII 237 [cf. Aen. IV 307. 314. 597.].

Aequa fere sententia exstant *palmae* pro *ictu* hastarum palmis emissarum XV 762, *lacertus* pro *iaculo* lacerto emisso XVI 561, pro *vi* XIII 144. XIV 496, *letalis lacertus* pro perniciosa *virtute* I 262. *Labores* significant *res bene gestas* VII 17. 28, *opera* XII 109. [cf. Aen. VIII 439.].

Aries est pro *ictibus arietis* V 554, [cf. Aen. II 492 sq.], *bucina* pro signo bucina dato VII 154. XV 48, *aes* pro stridore aeris i. e. tubae VIII 488. XIII 361, *tuba* pro signo tuba dato IX 52. 554. XII 181, [cf. Aen. XI 424.]; *litui* pro signo lituis dato sunt II 351. IV 97. IX 554. XII 182. XIV 10. 25.

Currus legitur pro strepitu currus IV 436. *Sagitta* significat *artem sagittandi* VIII 613 et XIV 499, [cf. Aen. V 68. 485. IX 178. 572. XII 394.], *pharetra* artem eandem II 100, *iaculum* artem iaculandi XVI 557, *remus artem remandi* XIV 499.

Munimen usurpatum est a Silio pro *munimento* VII 528 et *funda* est pro *plumbo* funda emisso X 151. *Perfidia* exstat pro *defectione* XIII 261. *Pedes* significant *fugam* XIV 131. *Virtus* pro *rebus gestis* legitur VI 42. XV 130. 276, *cor* pro *prudentia* XIII 803. *Facta* sunt pro *gloria* factorum XVII 181.

Praeterea pro *gloria* posita sunt a Silio *laus* et *laudes* III 146. IV 100. 604. 723. X 492. XI 227. 611. XII 67. 307. XIII 665. 715. 824. XIV 139. 495. 511. XV 321. 462. XVI 607. XVII 188. 323. 331. 454. 652, *fama* I 393. III 164. 578. IV 360. 400. 729. V 363. VI 63. 75. VII 247. VIII 612. XI 140. 296. 305. 499. XII 82. 215.

473. XIII 150. XIV 48. XV 199, *honor* et *honores* VII 162. VIII 9. X 559. XII 412, *praeconia* II 336, *lumen* XVI 126.

3. Sequuntur vocabula, quae naturae res inanimatas significant.

Lumen exstat pro *luce* I 84. 358. 467. 496. III 601. IV 327. VII 195. VIII 174. IX 170. X 557. XII 129. XV 563. XVI 126. XVII 95. 548.

Sol significat *lucem solis* I 477. III 671. VII 208. VIII 434. XV 65. *radios solis* XIII 41, *ardorem vel aestum* I 285. II 60. III 268. XV 704, *diem* III 554.

Similiter leguntur pro *luce* vel *radiis* solis *lampas Phoebi* I 193, *lampas Phoebea* X 111, *lampas solis* VII 143, qua eadem voce VI 157 *ardor* solis a Silio vocatus est, *lampas* [sc. solis] XII 575. 648. 731. *Luna* pro luce lunae exstat IX 108.

Sunt deinde *ignis et ignes* pro *luce* IX 442. X 541, *flammis* I 503. VII 352, *incendio* III 609. XII 504. XVII 180, *aestu* XVI 99, *incendia* pro *luce* IX 449, pro *imagine incendii* II 664, pro *flammis* XVII 98, *flamma* et *flammae* pro *luce* IX 461. XI 279. XV 712. XVI 232, *ardore* III 482, *caelum* pro luce [= vita] V 212, pro *tempestate* IV 752. XII 371, *faces* pro *igni* IV 778. V 636, *taeda* pro *igni* XIV 446. 565, pro *incendio* XVII 223. *Lux* est pro *die* VI 339. VII 330. VIII 124. IX 193. X 268. 333. 587. XI 369. 529. XII 635. 683. XIII 406. 805. XV 66. *Umbra et umbrae* siginificant *tenebras* III 139. V 617. VIII 135. 741. IX 45. XI 268. XII 647. XV 619. 665. XVII 90.

Eadem sententia a Silio usurpata est *nox* V 242. 677. VI 33. 71. VII 728. VIII 100. IX 327. XI 279. XII 132. XIII 550. XVII 91. 254, [cf. Aen. I 89. VI 265. VIII 255], cum nox pro *somno* exstet X 347, [cf. Aen. IV 530, VII 427. VIII 67.].

Pro *silentio* legitur *quies* VII 65; *silentia* sunt pro *otio* XII 219. *Vites* pro *uvis* VII 164 exstant, *munera Bacchi* [= vinum] pro *ebrietate* XI 285, *aristae* pro *frumento* VIII 507. *Fons* positus est a Silio pro *fluvio* I 155. VI 156, *rivo* XIV 236, *aqua* IV 348. VII 170. *Thybris* pro *vi* Tiberis XIII 828, *profundum* pro *periculis* maris XV 179. *Procellae* exstant pro *imbre* IX 283, *aquilones* pro *frigore* XVII 489, *nimbus* pro *imbre* V 384, *hiems* pro *glacie* III 489, pro *tempestatibus* III 197, pro omnibus *laboribus* hiemis III 326. XIII 884, *gelus* pro *pruina* I 205, pro *nive* III 479, pro *glacie* IV 749, *frigus* pro *nive et glacie* III 518, *ver* pro *proventu* et *frugibus* veris III 486, *hiatus* pro *halitu* VI 187. *Semen* significat *genera metalli* I 229, *venenum* morsum venenatum III 301, *mortem* veneno illatam III 275. *Pestis* est pro *pernicie* V 498. VI 240. VII 264. XVII 92, *lues* pro *pernicie* V 623, *ruina* pro *urbe, quae corruit* I

364. 375. 419. 513. VII 727, pro *nive* III 522, *moles* pro *vi* vel *impetu* I 641. IV 385. 449. 651. VII 569. 681. IX 300. 417. 504. X 212. 382. XI 207. XII 143. XIV 331. XV 190. XVI 34. 185. XVII 424, *pondus* pro *vi* X 235. *Compages* exstat pro *mole* I 204. XII 146, pro *trabibus compactis* XVII 277, pro *vinculis* XVII 607, *harena* pro *terra harenosa* V 272; *rura* sunt pro *agri cultura* VIII 550.

Denique hic mentionem faciam versuum II 333 et 334, ubi legitur: *Nunc geminas Alpes Apenninumque minatur, Nunc freta Sicaniae et Scyllaei litoris undas* i. e.: *Nunc Hanno admonet laborum, quae geminarum Alpium [= saltus Pyrenaei et Alpium] transitu exsistant, nunc periculorum, quae Hannibali in Italiam proficiscenti in mari immineant.*

4. Venimus ad ea vocabula, quae animalium corpora actionesque et res ab hominibus factas significant.

Mens exstat pro consiliis I 19 *superasque recludere mentes*, *laetitia* pro laeto vultu XI 286 sq *tum fronti reddita demum laetitia*. *Primordia* leguntur pro rebus primo gestis XVII 329, *mens* pro memoria XIII 280, *mos* pro ordine X 31. XVII 588, *anima* pro vita I 225. IV 506. 672. X 302. XV 691.

Os significat verba II 43. 626. VIII 199. IX 542. XI 113. 579. XII 552. XV 675. XVII 343, [cf. Aen. II 423. VII 194. XI 132. XII 692], laudes III 135, vocem IX 343. XVI 644, eloquentiam XI 65, clamorem XVI 320, vota XVI 261, spiritum IX 279, anhelitum V 284, conspectum IV 531.

Vox et voces a Silio usurpatae sunt pro clamore aut verbis I 67. 184. 383. 441. 672. II 329. 543. III 436. 647. 696. 699. IV 61. 261. 402. 660. 696. 728. V 81. 199. 382. VI 242. 252. 456. 471. 512. 519. 567. VII 118. 530. VIII 29. 80. 167. 299. 307. IX 79. 123. 305. 334. 341. 569. X 365. 431. XI 69. 79. XII 192. 588. XIII 153. 283. 301. 448. 501. 710. 735. XIV 442. XV 124. 182. 366. 637. XVI 388. 397. 419. XVII 124. 522. 563, balatu et mugitu XIV 215, eloquentia III 618. VIII 409, cantu vel carminibus VIII 420, sententia XV 457.

Lingua legitur pro *eloquentia* VI 19 et VIII 410. *Vocabula* significant nomina XII 116, *oculi* vultum X 478, spatium, quoad audiri potest XIII 147, animadversionem XV 63, *pedes* fugam IV 300, celeritatem IV 342, XV 653, *gradus* ordinem XVI 21, *planta* cursum XIII 246. XVI 297. 457, *uterus* partum IV 357, *pallor* faciem pallidam XIV 637.

Sanguis exstat pro genere I 377. III 573. VIII 30. 221. 341. 412. 511. IX 209. X 566. XV 12 [cf. Aen. I 19. 235. 329. 550 saepius], posteris vel prole II 557. VIII 405. XI 177,

populo VI 299, patre VI 537, filia III 97, vita IV 342, *semen* pro genere VI 635. XV 77, [cf. Aen. VII 281.], *partus* pro puero parto XV 465, [cf. Aen. VI 786. VII 321. IX 298], *gens* pro viro VII 35, *origo* pro genere XIV 462. XVII 33.

Senectas legitur pro viribus senilibus VI 481. VII 178, *senium* pro viribus senilibus VI 100. X 115, pro peritia et cura, quae senibus esse solent, VIII 465, pro canitie vel capite cano XV 667, pro senectute XVI 408, *iuventas* pro viribus iuvenilibus XV 738, *primum aevum* [= iuventas] pro lanugine VI 128, [cf. Aen. IX 181.], *aevum* pro viribus aevi II 143, pro senili aetate vel sene XVI 454, *anni* pro senectute V 568, [cf. Aen. VII 53.].

Fabius est pro metu, quem movit VIII 33 *excute sollicito Fabium*, *ductor* pro verbis ductoris XIV 140 *audito ductore*, *pastor* pro vita pastorali XIV 465 sq *quanto maiora paravit intra pastorem sibi nomina*. *Ephebos* aetatem epheborum intellegas necesse est XIV 493 *aevo quamquam nondum excessisset ephebos*.

Accedunt usurpata *fletus* pro lacrimis VIII 79, *dolor* pro lacrimis VI 395, *haustus* pro aqua hausta XIII 576, *adspergo* pro aqua adspersa V 621, *venatus* pro feris venatu captis VIII 571, *sonus* pro verbis X 578, *ars* pro artificio XIV 216, *ignis* pro crematione XIII 447, *tormentum* pro calamitate XIII 260, *tura* pro sacris IV 794 et XIII 125, *circus* pro certamine XVI 338, *virga* pro pulsu III 293, *verber* pro pulsu VIII 281, *colus* pro veste lintea VIII 436 *stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon* [cf. Val. VI 445.]; *fibrae* exstipicium III 344, *pennae* augurium III 344, *auspicium* initium vel potius signum pugnae XVII 562 significant.

Adamat praeterea Silius, pro cantu, clangore, stridore fidium ipsas fides vel partem earum ponere [1]), quod ita se habere his exemplis apparet.

Exstant pro cantu *lyrae:* Pecten V 205. VIII 504. XI 443, plectrum VIII 594. XI 446. 474, chelys XI 408. 451, testudo XI 441 et similiter *canna* pro cantu tibiae VII 439, *lotus* pro cantu tibiae VIII 504, *cithara* pro cantu citharae XI 437, *stridores* pro carminibus VIII 500.

Iam mihi agendum est de iis vocabulis, quae bestias earumque vires significant.

Leguntur enim *fetus* pro agno VII 718, pro natis aquilae X 109, pro leonibus modo natis XVI 235, *equi* pro vi atque impetu equorum VIII 282, *alae* pro volatu VIII 476, pro celeritate XVI 506, *pennae* pro volatu avium III 344, [cf. Aen. III 361], *fera* pro natura ferae XIII 120.

---

[1]) De tubae, litui, bucinae vocibus iam in ea, quae antecedit, parte egi.

Spiritus serpentis vocatur *aestus* VI 219, *flatus* XII 137, *spiramen* XII 144. *Olor* pro cantu oloris exstat XI 438.

5. Reliqua huius tropi exempla sunt haec:

Fatum et fata dicta sunt pro morte IV 635. 770. VI 313. 575. IX 18. 160. 260. 482. X 406. XIII 170. XIV 452. XV 36. 184, calamitate VII 232. VIII 38. 245, exitio, fine, excidio XIV 431. XVII 229, fortuna XV 549. XVI 131. 271. XVII 385, vita I 228, spatio temporis, quo Carthago incolumis erit XVII 374.

Pro fati voce leguntur XVII 120 *stamen* et ib. 361 *fila sororum.*

Sors invenitur pro morte IV 770. 805, fortuna IV 801. VI 341. VII 251. 628. IX 637. XI 56, sortitione IX 198, *urna* pro sortitione IV 768, pro sententiis tribuum IX 27, *crimen* pro accusatione XV 596, *nefas* pro calamitate III 126, *fraus* pro scelere et culpa IX 129, *labes* pro ignominia XII 283, *dedecus* pro culpa VI 340, *foedus* pro legibus foederis II 14. XV 75, *fides* pro foedere IV 788, *lex et leges* pro ordine XVI 202, pro iis, quae e legibus sequuntur, IX 27, *ius et iura* pro foedere XI 160, pro potestate XIII 154 et XIV 670, *signum* pro iussu XV 475.

Cultus pro vesti vel vitta a Silio usurpatus est XV 693 sq, ubi legitur: *Et coeptantem Arabum raptare perempto gemmiferi spolium cultus . . perlibrat* i. e. Arabum, qui iam perempto Nabi, sacerdoti Jovis Hammonis, gemmiferam vittam vel vestem raptabat, iaculo Hasdrubal percussit, quo loco propter *gemmiferum illum cultum* non nisi de infula vel vestimento cogitare nobis licet, quod etiam eiusdem libri versibus inde a versu 676 usque ad versum 680 comprobatur.

b. Res effecta pro causa efficiente posita. [1]

1. Ordior ex vocabulis, quae ad belli rationem spectant.

Sanguis legitur pro bello I 149. XI 184. XVII 80, pugna XV 255. 324, caede I 671, II 326. IV 110. 124. VII 548. IX 63. 555. XI 200. 334. XII 578, cf. XV 518, caede hostiarum vel sacris XII 340 *et delubrum sanguine honorant* el similiter pro caede Capuanorum XIII 381 *dum Capua infaustam luit haud sine sanguine culpam*; [cf. Aen. IV 621. — VII 423 — II 72. 116. 118, sae-

[1]) Si quis putet eorum, quae in hac et ea, quae antecedit, commentationis parte legantur, exemplorum nonnulla eo spectare, ubi de abstractis pro concretis positis agatur, eiusmodi exempla, velut cum „caedes“ pro „caesis“ et „sanguis“ pro „caede“ a Silio usurpantur, ut iis, quos dixi, locis afferrem eo commotus sum, quod accuratius mihi inquirenti non abstracta haec pro concretis, sed res effecta pro causa efficiente et contra posita esse visa sunt.

pius]. *Cruor* usurpatus est pro caede III 577. V 232. 534. VIII 7. IX 312. XIII 174.

Sanies exstat pro sanguine VI 237 neque minus eodem loco *tabum*, cum pro tabo *tabes* a Silio posita sit XVII 449 sq.

Vulnus est in Punicis pro *ense* I 168. 397, sagitta II 92. 98, quovis vulnifero telo IV 209, [cf. Aen. II 529. VII 533. IX 745.], certamine et proelio III 588. IV 170, ictu vulnus inferente IV 17. 188. 233. 387. V 236. IX 555, [cf. Aen. V 433. 436. XII 528. 720].

Praeterea inveniuntur apud Silium *letum* pro leto appropinquante I 388 *ora leto iam singultantia,* pro ense II 678, pro alio telo letifero II 118. IV 194 [1]), pro ictu letifero IV 569. XIII 210. XV 632, *mors* pro vulnere gravi V 670, *nex* pro causa necis II 634 *dum properas auferre necem*, *exitium* pro causa exitii V 43 sq, ubi legitur: *In fraudem ducebat iter geminumque receptis exitium hinc rupes, hinc undae claustra premebant* i. e. in insidias fraude paratas ducebat iter atque hinc rupes illinc lacus Trasumenus premebant inclusos, quibus ita rupes et undae gemina exitii causa exsistebant.

Silius ad *venenum* significandum exitii voce usus est XIII 296 sq *dum dat penetrare medullas exitio,* tum pro *cladis* voce III 668. IX 375. XI 577. XVII 500.

Clades legitur pro caede, qua clades efficitur, II 692, tempestate venti VI 178, *caedes* pro pugna VIII 18.

Funus et funera significant ut saepe apud Vergilium ita in Punicis letum vel caedem II 138. 184. IV 216. V 258. 420. 591. VI 497. IX 424. XII 285. XIII 387. 547. 627. XV 733. XVII 288. [cf. Aen. IV 308. 500. VI 429. 458.], virum mortuum II 647. 682. IV 393. IX 94.

Singulariter *luctus* legitur pro clade V 61 et eadem vi *lacrimae* usurpatae exstant XIII 387.

Bellum significant in Punicis motus I 20. 56. 648, tumultus XIV 279. XV 286. 730, periculum XIV 264, quod idem vocabulum XII 200 pro *certamine* exstat.

Proelia leguntur in Punicis pro acie II 588, pro auxilio XV 309. Pro *re bene gesta* apud Silium *laus et laudes* I 63. 109. II 192. V 114. 371. VII 617. VIII 384. 551. IX 592. XIII 58. 686. XV 89. 656. XVII 637, [cf. Aen. VIII 273. 287. IX 197. 252. X 282. 825.], *titulus* IV 497. IX 192. XI 549, *decus* VII 388. XVI 28, *honor* VII 575. XV 416 dicta exstant, pro *gloria decus* II 324.

---

[1]) Schraderus [cf. Herm. IV p. 345 sq] hic „telum" scribendum proposuit, sed „leti" vox mihi ad poetae sermonem magis quadrare videtur.

511. III 144. 177. VIII 262. XIV 510. XVI 605, *cognomen* X 421, *nomen* II 699. III 71, *titulus* XVI 668, pro *victoria laus* VII 248. VIII 226. XVI 440. 479, *honor* IX 199, *tropaeum* XI 549. XIV 282, *palma* XVI 389.

Labor invenitur usurpatus pro bello II 348. 359. III 165. XII 378. 390. XVI 177, pro re gerenda XV 350. 356.

Labores exstant pro vita IX 150. X 574, pro malis XIII 519.

Praeterea a Silio posita sunt *decus* pro virtute VII 23. X 474. XIII 370, *virtus* pro animo IX 611, *signum* pro cornu tauri V 314, *lues* pro ictibus arietis I 354, pro turba hostium XII 184, pro igni VII 356, *sonitus armorum* pro exercitu XVI 93, *sonitus remorum* pro tractu remorum VI 362, *latebra* pro fuga XII 301, *fuga* pro occasione fugae XV 721, *effugium* pro loco, quo milites fugere possunt, V 96, *catenae* pro servitute XVII 367, *dominus* pro victore XIII 247, *pax* pro condicionibus pacis X 488.

Denique forsitan intellegenda sunt *bella* homines bellantes XIV 684, *rapina* latrones XIV 688, *caput fratris Hannibalis* mors eius XV 815.

2. Transeo ad ea exempla, quae ex animalium et imprimis hominum corpore atque indole petita sunt.

Vita exstat pro spiritu II 259. XXII 440. 557, pro sanguine XV 236. *Vultus* legitur pro oculis III 155. V 201. VI 101. 294. XV 134 eademque sententia usurpatus est *visus* IV 535. 762. VII 729. IX 597. XIII 342. 726. *Morsus* invenitur pro dentibus XII 130. IX 383.

Pro *pedibus* a Silio posita sunt gradus IV 40, quae eadem vox pro *limine* VIII 154 est, gressus IV 63. 579. 655. VI 79. 173, cursus VIII 89, vestigia I 554. III 235. V 179. 537. VI 397. 450. VII 463. 621. 719. IX 91. 101. X 414. XIV 6. XV 614, quod idem vocabulum pro *sonitu gressus* VII 300 exstat et pro *harena*, cui vestigia impressa sunt, VIII 128. Conferas velim IX 390 et XII 419.

Praeterea exstant apud Silium *somnus* pro nocte III 200, *nox* pro morte XIII 270, *sapor* pro vino saporo VII 199, *silentia* pro quiete XII 646, *lacrima et lacrimae* pro dolore XIII 289. XIV 676, [cf. Aen. I 462. II 784. XI 62.], *honor* pro verbis honorificis II 483. X 571, *commercia* pro societate II 506. *culpa* pro scelere vel crimine II 506. 524. 640. VI 84. VII 556. X 630. XII 305. XIII 603. 858, *noxa* pro crimine XIII 542, *piacula* pro inferiis V 213, pro poena XIII 367, *dolus* pro arte dolos parandi V 38, *fraus* pro insidiis V 43. VII 134, cf. I 323. V 51. IV 580, *insidiae* pro machinis periculosis XIV 333, pro elephantis IX 275, pro sagitta

clandestina II 117, *pudor* pro dedecore XV 651, *nefas* pro consilio nefario VIII 117, pro nefario sacrificio IV 797, *consulta* pro consiliis XV 351, *coeptum* pro consilio rerum gerendarum X 337, *turbae* pro litibus VIII 258, *ludibrium necis* pro turpi genere mortis VI 524, *mora* pro viris morantibus VIII 279, *placamina* pro pecudibus caesis XIII 415, *oblivium* pro potu oblivionis XIII 851, *metus* pro causa metus XII 422, [cf. Val. I 23. II 16. IV 200.], *terror* pro causa terroris II 195, *timores* pro causa timoris VII 429, *formido* pro causa formidinis VII 684, *horror* pro causa horroris XV 340, [cf. Val. II 23 sq], *dolor* pro causa doloris XIII 384, *iura et ius* pro imperio I 2. IV 711. 714. VIII 285. IX 17. 21. XI 59. 152. 332, pro legibus I 650. XVI 174. XVII 619, *leges* pro imperio XV 5. 384, *moderamen* pro imperio VII 15, *iussa* pro imperio XI 175, *nutus* pro voluntate XIV 668, saepissime *regnum* pro imperio, deinde *stridor* pro serpentibus II 537, *afflatus* pro vapore VI 159. 240, *venenum* pro serpentibus venenatis VIII 499, denique *calathus* pro opera calathis fabricandis navata II 70.

3. Restat, ut de exemplis, quae ex iis nominibus, quibus aut res ab hominibus fabricatae aut res naturae appellantur, petita sunt, accuratius agam.

Incipio ex vocibus, quae ad lucem et ignem eorumque vires spectant.

Flammae maxime varia vi a Silio usurpatae significant laminas ardentes I 174, incendium vel ignem II 316. 351. VI 312. 702. VII 265. 489. IX 614. X 335. 542. 549. XI 279. 418. XII 53. 153. 423. 700. XIII 199. 318. 348. 493. XIV 62. 213, 476. XVI 128. 153. 547. 697. XVII 178. 195. 398. 409. 506, [cf. Aen. II 256. 431. 478, saepius.], fulmen III 345. V 73. XII 615. [cf. Aen. VI 586.], facem ardentem II 536. IX 577. XIII 181, turrem ardentem IX 618, rogum ardentem XIII 461. 485.

Similiter exstant apud Silium *ignis et ignes* pro facibus ardentibus XII 699. XIII 203. XIV 422, [cf. Aen. II 276. V 660. VIII 491.], fervida favilla XVII 593, fulmine III 43. XVII 478, [cf. Aen. I 42. 90. 743.], *incendia* pro igni IV 784. VII 161. 366. XIII 690. XVII 227, [cf. Aen. IX 71. X 406.], *lux* pro lumine vel potius pupilla oculi II 122, oculo IV 758. X 227, sole vel luce diei IV 89. VI 33. XIII 17. 453. 857. XIV 246. 669. XVII 73. 74, *fervor* pro ardore I 258. 284, pro igne VII 364. XIV 427, pro ferventi anhelitu IX 628, *ardor* pro igni XIV 447. XVII 106, *lumina* pro facibus ardentibus VI 77, *caligo* pro fumo X 556, *tonitrus* pro fulmine XII 724, *dies* pro luce V 56. 619. VI 98. 452. XII 655. XIV 8, pro sole VIII 192. XI 267. 454. XII 9.

Sequuntur huius tropi exempla ex vocabulis, quae ventum eiusque vires significant, petita.

Pro *vento* enim leguntur in Punicis flatus I 471. III 379. VII 409. IX 506. 508. X 248. XVII 505, flamen et flamina IX 358. 491. XI 483, [cf. Aen. IV 241. XII 620. XIV 14, XVII 270.]

4. Reliqua huius tropi exempla sunt haec:

Tenebrae exstant pro nocte VI 562. VII 329. X 341. XIII 299. 420. *Umbra* invenitur pro arbore usurpata IV 679. XII 354. XIV 302, sicut *umbrae* leguntur pro ramis et foliis VII 167, ramis XV 18, silva XV 488, [cf. Val. VII 55, Georg. I 156 sq.]

Messis significat fruges metendas XIII 672. *Tutelae* sunt pro imaginibus deorum navibus praefixis XIV 543.

Pestis intellegenda est ignis I 174. IV 304. VII 351, monstrum VI 166, taurus Erymanthius III 38, res periculosa XIV 319, pestilentia XIV 582. 613. 622, fervida favilla XVII 594. *Glacies* pro frigore a Silio XV 49 posita est.

II. Locus pro eo, quod in eo inest, ponitur.

1. Saepe Silius, ut alii poetae, regionum nomina pro incolis earum posuit, cuius tropi exempla haec in Punicis exstant.

Hesperia legitur pro incolis Italiae I 3 sq *Da, Musa, decus memorare laborum antiquae Hesperiae* et IV 816. XV 309.

Ausonia usurpata est pro Italis vel Romanis I 302. IV 184. 703. VI 244. 390. VII 3. VIII 300. 333. XI 522. XII 208. 284. XIII 264. XVI 612. 629. 700. XVII 206. 520. 572: *Magnus ubi Ausoniae reliquos domat Hannibal armis, Italia* pro Italis III 212 *involves bello Italiam* et XV 781, *Itala tellus* pro Italis XVII 614. XI 502. [cf. Aen. X 8. XII 41]. *Latium* est pro Latinis, Romanis, Italis I 42. II 379. III 588. IV 729 *Latio lacrimabile nomen Hannibal,* VI 339, 594. VIII 204. 234. 252. IX 1. X 48. 267 *sorbentes Latium campi* i. e. sanguinem Romanorum, ib. 338. 429. XI 566. XIII 616. 655. XIV 257. XV 393. 640. 733. XVI 11. 214. 595. XVII 191. 394. 515, *Libya* pro Poenis eorumque sociis I 613 *exactam ponto Libyam testantia rostra,* II 310. 330. 358. 388. III 173. 563. IV 39. 423. 529. V 89. 345. 532. 555. VI 516. VII 13. 20. 63. 305. 432. 493. VIII 661. XI 2. 23. 603. XII 275. XIV 651. XV 186. XVI 660, pro Massylis XVII 172 sq *ut cervice catenas regnator tulerit Libyae* i. e. Syphax, rex Massylorum, denique pro uno Hannibale III 226 *ausa sibi Libye rerum deposcere frenos,* quo loco *Libyam* non omnes Poenos, sed unum Hannibalem intellegendam esse mihi ex versibus inde a versu 224 luculenter appa-

rere videtur. *Libyae,* id quod hoc loco legendum esse Dausqueius et alii putaverunt, vel ob eam causam prorsus nihili est, quod quis sibi rerum frenos deposcere ausus sit, non videmus. Accedit, quod *Africa* et ipsa pro uno Hannibale legitur, versu dico VII 491, ubi haec exstant: *Huic Carthago armis, huic Africa nomine cedet.* Neque enim puto verum vidisse Rupertium, qui huic versui haec annotavit: *Huic Africa nom. c.* δεινῶς *pro Africani cognomen accipiet.* Nam cum Africae nomen remanserit, illa Rupertii loci explicatio mihi improbatur.

Praeterea non *Africae* nomen, sed nomen *Africani* Scipioni inditum est. Denique cum propter repetitum illud *huic* figura gradationis Silium usum esse statuendum sit, Africam nomine Scipioni cessisse maius aliquid esse oportet, quam Carthaginem ei armis cessisse. Quare ego locum sic explico: *Huic Carthago bello, huic Africae princeps* i. e. Hannibal gloria cedet. Forsitan quispiam Africae voce omnes Afros significari putaverit. At quod est *nomen* eorum? Quam sibi *gloriam* paraverunt? Nam quia de personis sermo est, *nomen,* ut multis aliis Punicorum locis, pro gloria exstare consentaneum est. Quam ob rem hoc loco *Africae,* illo *Libyae* vocabulis unum Hannibalem significari contenderim.

Pró Poenis Silius posuit *Africam* VI 302 *supinas Africa tendebat palmas,* X 311. XVII 60.

Praeterea leguntur apud Silium *Cyclades* pro incolis Cycladum I 471 sq, *Gallia* pro Gallis I 656 *fera Gallia, Callaica tellus* pro Callaecis II 397 *Callaicae telluris opus, Gaetulia* pro Gaetulis III 288, *Thule* pro Thulanis III 597 *ignotam vincere Thulen, Idume* pro Idumanis III 600 *palmiferam . . . bello domitabit Idumen* = incolas palmiferae Idumae, *Pomptimi campi* pro incolis camporum Pomptinorum VIII 379, deinde pro Hispanis *tellus Hibera* XIII 471, *Hispania* XIII 695 *ne cesserit Hispania Poenis*, *tellus Pyrenes* XV 451 *Pyrenes conterrita tellus, terra Hibera* XVI 245 *terrae pacator Hiberae, Tartessia tellus* XIII 674. XV 5 sq. XVI 646 sq, tum *Trinacria* pro Siculis XIV 110, *tellus Aegyptia* pro Aegyptis XIII 474 sq *Aegyptia tellus . . . claudit . . . saxo corpora, Pontus* pro gentibus Ponticis XIII 477 sq *Pontus instituit vacuare virum, Macetum domus* pro Macedonibus XIV 5.

Syrtis significat accolas Syrtium XVII 634 et singulariter exstat pro *navibus ad Syrtes appulsis* I 408, ubi legitur: *Et vastae Nasamon Syrtis populator Hiempsal,* cum Nasamones non Syrtes popularentur, sed naves, quae ibi naufragium fecerant. XV 80 *Eurus* a Silio positus est pro populis in orientali terrae plaga

habitantibus his verbis: *Captivo Liber cum signa referret ab Euro. Axis Arctous* similiter populos in septentrionali terrae plaga habitantes significat III 614: *Hic et ab Arctoo currus aget axe per Urbem* = triumphabit de populis septentrionalibus. *Occasus* et *ortus* sunt pro terris occidentalibus et orientalibus earumque incolis XIV 235.

Denique addo nomina eorum locorum, quae pro deis et animis mortuorum ea loca incolentibus in Punicis exstant.

Pro *deis* enim leguntur apud Silium: *Olympus* X 350 *quos intrare dabit nunquam regnator Olympi,* [cf. Aen. VIII 533. IX 84. X 1. XII 791], *aether* XII 319 *exsangues rursus tollebat ad aethera vultus,* [cf. Aen. IX 24], *sidera* X 578 *fama dehinc iam sidera adibat* et XIII 791. XVI 437, *caelum* II 282 *et caelo noto relinquam* IV 276. VIII 294. XII 146. 598. 728. XVI 397, [cf. Aen. VIII 64. XI 351], quod idem vocabulum deos et homines XIII 425 significat his verbis: *Invisus caelo specus. Dei inferi* vocantur a Silio *Erebus* I 92 *stant arae caelique deis Ereboque potenti,* nisi forte unum Erebum deum hoc loco a Silio dictum esse putas.

Animae mortuorum denique apellantur in Punicis *lacus Erebi* XII 649 *audivere lacus Erebi, Tartara et tertia regna* XIII 436 sq, ubi haec scripta videmus: *Accedentia cerno Tartara et ante oculos adsistere tertia regna.*

2. Urbes pro incolis positae passim ut apud alios poetas ita apud Silium inveniuntur. Plurima huius tropi exempla exstant in libris VIII et XIV iis locis, quibus auxilia Romanorum et Poenorum a Silio nominantur. Cum vero multis locis haud ita facile diiudicari possit, utrum re vera urbs pro incolis posita, an, ut ita dicam, animata sit, neque in hanc rem accuratius inquirere operae pretium sit, earum urbium nomina enumerasse satis habebo, quas pro incolis a Silio usurpatas esse mihi persuasi. Quae sunt:

Roma I 5. 16. 29. 269. 608. II 32. III 73. 564. 585. V 601. VI 483. VII 24. 90. 538. 563. VIII 270. 348. 479. IX 196. 351. 531. X 234. 382. 481. 657. XI 57. 124. XII 318. 518. 580. 634. 690. XIII 823. 830. XV 90. 126. 396. 547. 577. XVI 283. 691. XVII 611. 654, *Carthago* I 3. 678. II 303. 365. 373. 573. 703. III 69. 143. IV 79. 790. V 595. VI 89. 410. 479. 582. 701. 712. VII 281. 491. VIII 133. 676. IX 126. X 88. 658. XI 76. 97. 116. XIII 698. XIV 115. XV 340, 383. 464. 664. 750. XVI 92. 684. 693. XVII 174. 186. 287. 350, [cf. Aen. X 12], *Saguntus* I 332. 631. 650. II 436. 514. 541. III 66. 564. V 160. VII 280. IX 186. XIII 675, *Troia* VIII 137. 620, XVII 363, [cf. Aen. I 375], *Ilium* XIII 43, [cf. Aen. I 68], *Capua* VIII 544. XI 29. 151. 195. 207. 317. XII 87. 113. 498. XIII

258. 266. 381, Zancle I 662, Gortyna II 101, Utica III 241, Aspis III 244, Ilerda III 359, Ebusus III 362, Arbacus III 362, Saetabis III 374, Bactra III 613, Cora IV 220, Tuder IV 222, Fulginia IV 545, Tartessos V 399, Lixus V 400, Fregellae V 542, Anagnia V 543, Paphos VII 457, Tibur VIII 364, Praeneste VIII 365, Antemna VIII 365, Atina VIII 397, Suessa VIII 398, Frusino VIII 398. XII 532, Reate VIII 415, Nursia VIII 417, Ancon VIII 436, Sidon VIII 436, Hadria VIII 438, Faesulae VIII 477, Teate VIII 520, Nuceria VIII 532, Parthenope VIII 534. XII 28, Nola VIII 534, Allifae VIII 535, Acerrae VIII 535, Prochyte VIII 540, Inarime VIII 541, Calatia VIII 542, Surrentum VIII 543, Abella VIII 543, Brundisium VIII 574, Salernum VIII 582, Mutina VIII 591, Placentia VIII 591, Mantua VIII 592, Cremona VIII 592, Verona VIII 595, Faventia VII 596, Vercellae VIII 597, Pollentia VIII 597, Bononia VIII 599, Aquileia VIII 604, Mycenae VIII 620, [cf. Aen. IX 139, Val. I 552], Tarentum XI 16, XII 434, Gela XIV 218, Croton XI 18, Halaesa XIV 218, Acesta XIV 220, Callipolis XIV 249, Enguion XIV 249, Hadranum XIV 250, Ergetium XIV 250, Melite XIV 251, Calacte XIV 251, Cephallaedias XIV 252, Athenae XIV 286, Panormus XIV 261, Herbesus XIV 264, Naulocha XIV 264, Morgentia XIV 265, Babylon XIV 658, Tyrus XIV 659, Fidenae XV 91, Oricon XV 293.

Quibus exemplis haec graviora addo. *Urbs* = Roma posita est pro Romanis IV 500. 708. VIII 245. 250. X 307. 408. Similiter exstant pro *Romanis moenia Romana* VIII 477, *Capitolium* I 270, *rupes Tarpeia* V 109 *rupesque iterum Tarpeia paveret.*

Forum est pro iudicibus, qui in foro ius dicunt, I 441 *voce movere fora,* pro quiritibus, qui in forum convenerunt, VII 543 *[pro lubrica rostra] et vanis fora laeta viris! Campus* [Martius] similiter pro civibus Romanis eorumque suffragio usurpatus est VIII 257 *et Graio funestior aequore campus* ib. 284. XV 734.

Arx Carthaginis est pro Poenis VI 83, *Arethusa* pro Syracusanis XIV 117. Denique hic addiderim *Methymnam* pro vino in agris Methymniensium culto VII 211 his verbis legi: *Ac Methymna ferox lacubus cessere Falernis* [= vinum Methymnae cessit vino Falerno] et similiter *Setiam* pro vino in agris Setiae urbis culto VIII 376 sq, ubi legitur: *At quos ipsius mensis seposta Lyaei Setia [misit]* i. e. at viri, quos Setia misit, cuius vinum ipsius Bacchi cenis sepositum est. [1])

---

[1]) Hoc exemplum commemoratione eo dignius est, quod uno eodemque loco „Setia" cum „seposta" participio coniuncta pro vino, cum „misit" verbo pro incolis Setiae urbis a Silio usurpata est.

3. Litora, montes, amnes, agri, urbis vox a Silio et pro incolis et pro rebus, quae in iis inveniuntur, posita sunt.

Ipsa *urbis* vox saepius incolas urbis cuiusdam significat, velut I 29 sq. II 257. 301. 476. 489. 564. 650. III 224. VI 509. IX 635. 653. X 579. XI 36. 337. XII 31. XIII 514. XIV 193. 283. 667, [cf. Aen. XI 147. 350. 448, saepius.].

Similiter exstant *moenia* pro incolis urbis III 650 sq *patriis qui moenibus arces servitium,* XI 31. 337. XVII 353, [cf. Aen. XI 900.], *arces* pro incolis oppidorum IV 7 *terrificis quatit attonitas rumoribus arces,* pro aedificiis et templis in septem Romae montibus comparatis X 586 *septemque arces fumare videntur.*

Regnum legitur pro populo vel civibus regni I 461. II 499. XVI 199 sq *regnoque meo tum cognita primum cornipedum frena. Patria* similiter est pro civibus VI 441 sq *gratante senatu et patria,* ib. 595. 621. VII 555. IX 646. X 384. XI 599. XIII 451.

Fines et arva posita sunt pro incolis ipsorum I 70 sq *hanc rabiem in fines Italum Saturniaque arva addiderat quondam puero patrius furor,* quocum loco conferas XV 297 *Phaecum Thesprotiaque arva lacessens.*

Tellus a Silio usurpata est pro hominibus, qui in ea vivunt, I 280 *haud alium vidit tellus,* et II 29. 485. V 674. IX 435. XI 581. XVI 684. XVII 388.

Terram et terras Silius pro singulis aut pro omnibus populis orbis terrarum posuit I 464 *terrisque extrema minatur,* II 496. III 75. 227. 416. 419. VII 37. 212. 563. VIII 409. X 579. XII 728. XIII 790. 862. 893. XIV 80. XV 75. XVII 405. Similiter exstant *mundus* pro hominibus II 612 sq *toto quod nobile mundo . . . gloria servat,* XII 336. XIV 686. XVII 474, *ora* pro incolis terrae vel orae I 324. III 104 *Milichus indigenis late regnarat in oris* VIII 290, *litora* pro incolis litorum II 63. XIV 232 sq *litora Thermarum . . . armavere suos, saxa Hernica* et *rura Casini* pro incolis ipsorum IV 226 sq *quosque Hernica mittebant saxa et nebulosi rura Casini, Calpe* mons pro incolis I 644 *excivit Calpen, aula* pro ministris in aula versantibus XVI 267 *trepida terrorem sparsit in aula, ripa* pro incolis ripae XVI 559 *quem misit ripa metalli* i. e. accolae Tagi fluminis, *aequora* pro nautis et accolis maris II 485 *qua sine non tellus pacem, non aequora norunt, maria* pro nautis et accolis maris X 579 *iam maria . . intraverat* [fama], *Rhenus* pro accolis Rheni III 599 *compescit ripis Rhenum, Ister* pro accolis Danubii III 617 *victor compescet sedibus Istrum.*

Campus significat milites in campo collocatos XII 176 sq *fundite . . telorum in campos nimbum,* quocum loco conferas IX 448.

Pro proeliis et pugna, quae in campo committuntur, Silius campum posuit V 433 *miscebat campum*, VIII 372. IX 481. X 471.

Ferae in Punicis vocatae sunt *saltus* II 94 sq *Dictaeos agitare puer . . saltus assuetus* et *nemora* XVI 7 *mugitu nemora exterret*. *Alvus* [fluvii] pro aqua per alvum fluente a Silio usurpata est IV 602 *spumantique incubat alveo.* Similiter *ripae* pro undis leguntur VI 706 *addes Ticini spumantes sanguine ripas*.

Cespes est pro gramine VII 303 sq *sociosque in cespite fusos revocat*. *Rura* posuit Silius pro frugibus VIII 431 *quos pascunt scopulosa rura Numanae*. *Silvae* sunt pro arboribus XVI 8 *sternit silvas [taurus]*.

Massicus mons pro vino Massico exstat VII 263 *Massicus uviferis addebat nomina glebis*.

Denique saepius apud Silium flumina pro aqua usurpata inveniuntur, quae sunt *Rhenus et Rhodanus* I 594, ubi legitur: *Jamque volans Rhenum Rhodanumque in nubila tollit*, *Vomanus* VIII 437 sq *statque humectata Vomano Hadria*, *Eridanus* IX 236, *Baetis* XIII 676 *Baetin potare*, *Ganges* XIII 765 *qui Gangem bibit*, *Hypsa et Alabis* XIV 227 *qui potant Hypsamque Alabimque sonoros*, *Achates* XIV 228 *Achatem potare*, quocum versu eos, qui ei insequuntur, conferas, ubi *fontes Chrysae*, *Hipparis*, *Pantagia*, *vada Symaethi* pro *agris* exstant, qui iis propinqui sunt.

Singulariter *Tagus* pro *auro*, quod secum fert, a Silio positus est XVI 448 sq his verbis: *Tulit huic virtute secundus . . duo pocula aurifero perfusa Tago* i. e. duo pocula, quae auro, quod aurifer Tagus secum tulit, perfusa i. e. ornata erant.

4. Saepius aedificia et partes eorum pro hominibus et rebus, quae in eis insunt, atque aliae res ab hominibus fabricatae pro iis, quae in ipsis inesse solent, a Silio usurpata inveniuntur.

Domus quidem legitur pro familia, prole, gente II 76 *et Rhesi domus* [spreta est] i. e. viri domo vel e patria Rhesi oriundi spreti sunt, IV 785 sq. *prima domus . . raptatur ad aras* i. e. primus filius, VIII 320 sq. *non hic domus hospita tecto invitat patrio* i. e. familia et similiter VI 637. VIII 347. IX 116. XI 591. XIII 288. 671. XVI 593. 682. XVII 453, [cf. Val. II 262 sq. VII 381.]. Pro sacris penatibus et laribus exstat *domus* I 668 *sacra domumque ferens*. *Penetralia* penates significant eodem, quem modo dixi, loco [I 668] *et avi penetralia Turni* ferens. Pro *palladio Troiae* est *penetrale* XIII 62 *huc vittas castumque refer penetrale parentum*.

Praeterea a Silio usurpata sunt *delubrum* pro deis, quibus sacrum est, vel *numinibus* eorum IV 819 sq. *di patrii, quorum delubra piantur caedibus* et XII 340 *et delubrum sanguine honorant*,

templa pro deis, quibus sacra sunt VII 90 *dum Roma antiquos templis indicit honores, tecta Iovis* pro ipso Iove VIII 341 sq. *cognataque sanguine nobis tecta Iovis,* cum *tecta Oenotria* pro Italia et Roma vel potius Romanis XIII 712 sq. exstent, ubi legitur: *Quam paene ruentia tecum traxisti ad Stygias Oenotria tecta tenebras.* *Thalami* a Silio pro matrimonio positi sunt II 65 *atque is fundarat thalamos Tritonide nympha,* ib. 179, [cf. Aen. IV 550. VII 253. 388. IX 594. X 649.]. *Thalamus* legitur pro *stupro* XV 448 sq. *incestum Catilina Nealcen germanae obtruncat thalamo,* pro *coniuge* II 627. VI 518. VIII 109. XIII 811. XVII 82 *et thalami flagrantes amores* [cf. Val. II 370 sq.], singulariter pro *marito* VIII 117 *atque atri sociae thalami nova sacra parabam* i. e. *sociae Plutonis* = *Proserpinae.*

Similiter invenitur in Punicis *torus* pro *coniuge* II 180, ubi legitur: *Ithacique torum* [sperare ausus]. Ib. 627 sq. *tori* pro matrimonio vel ipsa quoque coniuge exstant his verbis: *Dulcesque marito effluxere tori* i. e. memoria nuptiarum vel coniugis. *Tori* singulariter virgines nubiles vel feminas captas significant XV 281, *captivis non plena toris* [tentoria]. *Regia* [arx] a Silio posita est pro rege eiusque ministris XIV 87 *et placida indomitos accepit regia mores.* *Circus* est pro hominibus, qui ludis intersunt in circo, XVI 312. 322. 534. 557 sq. *spectacula circi postrema,* cum ib. 338 sq. circi voce ipsi ludi et certamina significata sint his verbis: *Et prudentia circi altior.* *Curia* legitur pro senatoribus II 456 *quas belli iudex poenas mihi, Curia, pendes,* VI 456. XV 457. *Tumuli* sunt pro viro mortuo IX 133 *haec fratris tumulis arma excusata reporta.*

Pro *nautis* saepius in Punicis rates, in quibus versantur, positae sunt velut *classes* I 30 sq. *ac missas etiam trans aequora classes totum signa videt victricia ferre per orbem* i. e. exercitum classi traiectum, *carina* II 39 sq. ubi legitur: *Ardor agit, profecta queat dum cernere muros inque oculis profugae Martem exercere carinae* i. e. ardore Poeni incitantur, ut Martem exerceant, dum Romani e *provecta* [sc. carina] muros cernere possint i. e. in oculis Romanorum, qui in carina profugiunt, *ratis* III 129 sq. *et promota ratis, pendentibus arbore nautis, aptabat sensim pulsanti carbasa vento* i. e. nautae, qui in malo pendebant, aptabant vela ratis promotae vento. *Dulichia puppis* pro Ulixe eiusque comitibus legitur XII 114 sq. *comitemque dedisse Dulichiae puppis stagno sua nomina monstrat* i. e. Misenum. *Castra* saepissime pro militibus, qui in castris versantur, a Silio posita sunt, velut I 296 sq. *admonet flagrantia . . ductur castra,* I 499. II 263. 653. III 221. 357. IV 712. VI 22. 593. 626. VII 12. 214. 265. 335. 381. 399. 522. 738. VIII

3. 345. IX 37. X 189. 484. XI 2. 591. XIV 107. 615. XV 9. 517. 607. XVI 26. 137. *Stabulum* exstat pro equis III 383 *septimaque his stabulis longissima ducitur aestas*, pro genere equorum XVI 329 sq. *hos accendit nobile nomen antiqui stabuli*, pro pecudibus VI 329 *stabulis procurans pastor* et XIII 347 *ducit stabula omnia cantu.*

Praeterea saepius vasa pro eis, quae in ipsis insunt, a Silio usurpata inveniuntur.

Pharetra pro sagittis exstat I 323 *atque insultat fraude pharetrae*, [cf. Val. II 521 sq.]; *mensae* leguntur pro cibis III 280 *sed mensis asper populis*, VI 95. XI 281. 284. 439. XIII 476. 483. XV 272. XVI 226, [cf. Aen. I 686. VI 606. VIII 110. 283.], pro *cena* VIII 137. 376. X 375. XVII 68 *et mensas testes* [immemor], *prela* pro vino VII 165, *charchesia* pro vino IX 300, *poculum et pocula* pro vino VII 200. 210. XV 431. XVI 226, aqua VII 169, potu XIII 575, *lacus* pro vino VII 211, *favi* pro melle VII 181, *cerae* pro melle XIV 26, *focus* pro igni IV 411, pro ture in focis posito XI 276, *fornaces* pro igni XII 626, *camini* pro igni XIV 56, *aerarium* pro pecunia IX 539, *altaria* pro sacris VIII 432 *et quis litoreae fumant altaria Cuprae* = hostiae in altaribus et XII 332, *arae* pro sacris XI 161 [1]) *caput aris hospitio iungere*, *fasti* denique pro rebus in fastis conscriptis i. e. pro rebus urbis vel potius pro salute rei publicae VIII 255 sq. *fastis labem suffragia caeca addiderant.*

5. Nonnulla huius tropi exempla addo, quae ex nominibus animalium corporum petita sunt.

Exstant enim *hydrus* pro veneno hydri I 322 sq. *hydro imbutas . . sagittas contendit nervo*, *cerastae* pro veneno XV 68 sq. *atque incocta cerastis spicula*, *murex* pro ostro vestique ostro tincta IV 324 *aurato praefulgens murice ductor*, VIII 437. X 570. XIV 658. XV 116. 205. XIV 569, [cf. Aen. IV 262. IX 614.].

Pro *animo* hominum inveniuntur *cor* I 615 *et opum non indiga corda* IV 49. 706. V 97. VII 57. 124. 219. 285. 405. VIII 118. 177. IX 263. X 332. XI 45. 387. 556. XII 306. 324. 496. 737. XIII 90. 142. 271. 282. 344. 503. 734. 803. XIV 494. 531. XV 129. 329. 350. 560. 587. 689. XVI 479. 541. XVII 292, cum *cor* pro ira a Silio XVII 463 sq positum sit his verbis: *Aut mansuescere corda nostra sinam?*, *praecordia* IV 360 *inflabant veteri praecordia fama*, XV 514, XVII 379, *pectus* I 686 *pectore praemeditans . . bella*, II 286.

---

[1]) F. Buchwaldius [quaest. Silianae, Gorlicii 1886 diss.] „armis" hoc loco egendum proposuit, quod, si in codicibus exstaret, certe bonam sententiam praeberet. At „aris", quippe quod vocabulum et ipsum explicari possit, [cf. XI 1156] tenendum esse censeo.

309. 381. 540. IV 92. V 159. 587. VIII 162. 242. 317. X 288. 448. 607. XI 157. 259 [= ira] 287. 389. 450. 548. XII 82. 573. XIII 91. 263. 316. 402. 412. 618. 667. 770. XIV 81. 183. XV 19. 136. 759. XVI 458. XVII 46. 294. *Vena* legitur pro sanguine III 361 *cornipedis fusa satiaris, Concane, vena, vertex* pro crinibus III 402 *viri flaventi vertice,* VII 469. XV 23, *dorsum* elephantorum pro viris, qui in turribus in dorsis elephantorum positis versantur IV 599 *vis elephentorum turrito concita dorso* = concita a viris, qui in turrrito dorso erant. Similiter *terga* elephantorum a Silio posita sunt pro turribus tergis illigatis IX 602 sq. *collectis fumantia lucent terga elephantorum flammis.*

Livium secutus Silius XII 503 sq dicit: *Sparsosque per arva iuvencos iactare accensis stimulavi cornibus ignes* pro sarmentis, quae intra cornua iuncta erant, accensis, de quo exemplo audiamus Volkmannium, qui l. l. p. 424 v. 24 haec dicit: *Eine kaum zu rechtfertigende hypallage ist es, wenn bei Liv. XXII 17 die ochsen, zwischen deren hörnern sich reisigbündel befanden, welche in brand gesteckt wurden,* accensis cornibus *die gegenüberliegenden berge hinaufgetrieben werden.*

6. Denique mihi hoc loco aliquot singularia exempla afferre liceat. Locutione enim, quam vocant, compendiaria Silius pro pugnis commissis nomina tantum locorum, quibus factae sunt, nominare solet, cuius usus haec in Punicis exempla inveni.

Cannae significant cladem Cannensem VIII 27 *praescia Cannarum Iuno atque elata futuris,* ib. 256. IX 343. X 30. 336. 366. 516. XI 171. 574. XII 82, victoriam Cannensem XI 76 sq. *ad quos [sc. muros Romae] non ausi Carthago atque Hannibal arma post Cannas afferre suas,* XII 514. XIII 718. XV 814, ib. 34 his verbis: *Cannaene tibi graviorque palude Maeonius Stygia lacus excessere Padusque?*, quo eodem loco *Maeonium lacum* pro pugna ad lacum Trasumenum et *Padum* pro proeliis ad Ticinum et Trebiam commissis a Silio posita esse apparet.

Denique *Cannae* pro *gloria victoria Cannensi ab Hannibale parta* sunt XVII 608 ubi legitur: *Non ullo Cannas abolebis, Iupiter, aevo.*

Praeterea pro pugna ad lacum Trasumenum commissa et clade ibi a Romanis accepta a Silio usurpata sunt *stagna Tusci* VII 378 *et Tusci post stagna profundi* et X 590, *stagna Tyrrhena* XII 79 sq., *litora Trasumeni* XV 815, *vada Trasumena* XI 172. *Trebia* exstat pro clade ad Trebiam a Romanis accepta VII 378. VIII 668 *cesserit huic Trebia exitio,* X 590, pro victoria, qua ad Trebiam Hannibal potitus est, XII 16 *Trebiaque potitus*, ib. 80. XV 815, *Allia*

pro clade ad Alliam a Romanis accepta VI 555 *Allia . . recursat* i. e. idem terror, atque post cladem Alliensem. *Aegates* leguntur pro clade ad Aegates insulas Poenis illata IV 800 *an flendae magis Aegates* et XI 527 sq. *Aegates . . ille dies ultus,* pro dedecore clade illa Poenis parto I 61 *havet Aegates abolere* [Hannibal], *Alpes* pro transitu Alpium XII 513 sq. *hoc iter Alpes . . . stravere tibi. Carthago* denique est pro expugnatione Carthaginis XVI 664 *restat Carthago . . labor,* pro consilio Carthaginis expugnandae XVI 162, ubi legitur: *Et mentem Carthago fatigat.*

III. Tempus pro eo, quod tempore fit, positum.

Dies maxime varia vi a Silio usurpatus significat victoriam die quodam partam I 457 sq. *Murroque secundos hunc superos tribuisse diem,* XI 528. XII 273, cladem XI 572 et X 408, perniciem XVII 358 *quis est fixa dies,* fatum adversum vel mortem V 589 sq. *num te . . . atra dies [v. 591] carpsit?,* diem, quo Hannibal clades Carthaginiensium ulturus sit, III 141 sq. *brevitasque vetat mutabilis horae prolatare diem,* pericula temporis, quae Silii carminibus immineant, IV 399 sq. *si modo ferre diem . . . carmina nostra valent.* Similiter *lux* pro die posita significat victoriam XI 529 sq. *altera iam lux si talis redeat. Nox* est pro concubitu vetito II 503 *multaque oppressum nocte pudorem* [reliquit fides] et III 429 *tum noctem Alcidae solis plangebat in antris. Aetas* intellegenda est homines II 696 *quas nulla aequaverit aetas* et VI 152 sq. *cui par vix viderit aetas ulla virum* et XI 123 *veniet quondam felicior aetas* [cf. Aen. VII 680], corpus III 84. *Aevum* est pro hominibus IV 398 *aeternumque decus memori celebrabitur aevo* et VII 175. XII 32. XVII 6. *Anni* pro rebus gestis positi sunt III 73 *Roma tuos numeret lacrimandos matribus annos,* pro rebus futuris XIII 399 *noscere venturos agitat mens protinus annos,* [cf. Aen. II 198.]. *Saecula* Silius posuit pro hominibus IV 397 *optabunt similes venientia saecula fratres,* [cf. Aen. I 291. 606. VI 793.], rebus futuris III 11 *fatidico pandit venientia saecula luco.*

IV. Abstractum pro iis personis et rebus positum, quibus ea qualitas attribui potest, quae substantivo abstracto continetur.[1])

1. Primum agam de substantivis abstractis pro animalibus aut partibus eorum a Silio usurpatis. Exstant enim *iuventus* pro

[1]) De eadem re uberius iam egit Paulus Verres in commentationis, quae inscribitur „De Tib. Sil. Ital. Pun. et Ital. Iliade quaest. gramm. et metr.“

iuvenibus I 330. 426. 518. 579. II 407. III 303. IV 229. V 129. 211. VII 617. 732. VIII 322. 394. 515. 568. IX 14. 231. X 120. XI 111. 132. XII 300. XIV 138. XV 671. 738. XVI 174. XVII 494, *iuventa* pro corpore iuvenili II 154 sq. *et mole iuventae fisus,* VIII 586. XVI 677, pro iuvenibus X 581. 641. XIII 496. XVII 631, pro Hannibale iuvene II 275 sq. *hinc popularis amor coeptantis magna iuventae et sperare iuvat belli meliora, senecta* pro matre Eurymedontis II 641 *inter miserae lamenta senectae,* pro sene III 147. 626. V 582. VI 587. VIII 6. XI 358. XV 456. 651, *senectus* pro sene VII 26. 306. X 103. XI 47. 322. XIV 85, *vetustas* pro veteribus I 26 *sic credidit alta vetustas, virtus* pro viris fortibus I 312. 510. III 594. IV 604. V 269. VII 51. 507. VIII 387. 555. XII 257. XIII 280. 774. XV 254. 327. 371. 387. XVI 109. 254, gente forti VIII 371, *ira et irae* pro irato viro et iratis viris I 410. II 22. IV 528. VI 48. 490. VII 123. 581. IX 355. 382. 496. X 131. 296. XV 484, cf. II 45. 672. IX 425. XIV 671. XVII 253 sq., *furiae auri* pro hominibus, qui aurum avidissime sibi parare student, II 500, *furor* pro viris furentibus IV 190. 351. V 259. VI 528. VII 218. IX 311. 464. X 160. 327. XI 475. 599. XIV 687. XVI 535, cf. VI 525 *furor Euri,* IX 393. XIII 216 sq. XV 523 sq., *squalor* pro corporibus squalidis I 631, *dolor* pro hominibus iratis VI 47, *amor* pro femina virum amante VIII 95. 113, *cura* pro viris ad omnia intentis V 45, VII 260, *artes medicae* pro medico V 351, *luctus* pro viris lugentibus VI 414, *questus* pro viris lacrimantibus VI 451. X 615, *invidia* pro viris invidiosis VI 614, *astus* pro viro callido VI 615. XIV 338, *suffragia* pro civibus Romanis, qui suffragium tulerunt, VIII 255, *vires* pro militibus VII 529, *motus* pro deis iratis IX 472, *servitium* pro servo X 642, *livor* pro viris invidiosis XI 610, *concilium* pro viris in concilium convocatis XIII 307, *regna* pro rege XIII 728. 890, *fastus* pro viro superbo XIV 101, *calliditas* pro viro callido XIV 338, *victoria* Poeni pro Poeno victore II 565, *fuga viri* pro viro fugiente IX 83, *minae* pro exercitu ingenti XIV 339, *ars* pro artificibus XIV 663, *favor* pro civibus, qui Scipioni favebant, XV 137, *sollertia* pro Fabio cauto duce, XV 323, *clamor* pro clamantibus viris XVI 575, *plausus* pro hominibus plaudentibus XVI 575, *conducta bella* pro mer-

[Monasterii 1888] paginis 8 et 9. Sed cum nonnulla exempla omiserit, omnia alio ordine enumeraverit, atque hic opus est, de eadem re hoc loco denuo disputabo. Si quis forsitan hic ea exempla desideraverit, quae equidem iis adiungenda esse censui, quibus aut causa efficiens pro re effecta aut res effecta pro causa efficiente posita sunt, de hac re annotationem C. I b. adscriptam conferat.

cennariis V 196, *animae venales* pro mercennariis XV 500, *periuria Graia* pro perfidis Graecis XVII 425.

Accedunt *foedera* pro sociis I 301, *nomen* pro viro I 669. II 177. III 356. V 355. VII 20. 30. VIII 31. 253, pro filia XIII 44, pro gente I 600. VII 11. 79. 227. X 552. XIII 269. XVII 224, pro genere vini VII 165, *nomina parta triumphis* pro viris claris I 610, *summum decus* pro dictatore VII 94, *origo* pro proavis VI 627, *pubes* pro iuvenibus vel militibus I 291. III 345, 369. 612. 711. IV 123. 380. 445. 739. V 11. 631. VI 242. 348. 351. 622. 673. VII 322. 395. 401. 495. 519. 569. 583. 592. IX 318. 571. 621. X 92. 313. 599. XI 46. 106. 156. 196. 262. 298. 354. 396. 412. XII 559. 587. 650. XIII 217. 301. XIV 37. 46. 268. 409. 626. XV 242. 409. 568. 581. 711. XVI 50. 524. 623. XVII 111, cf. XIV 150, *canities* pro comis canis V 579, *venatus* pro venatoribus II 438, pro feris bestiis VIII 571, *latratus* pro canibus lantrantibus I 421, *pallor* pro pallida facie XIV 637, *volatus* pro aquilis XVII 56.

Saepe deniqe a Silio abstracta substantiva animantium nominibus apposita aut pro iis usurpata sunt, ita ut substantivo abstracto aut laudem quamdam aut convicium quoddam continente homo significetur, velut *virtus, decus, spes* pro homine bono et virtute praedito, *pestis* vel *lues* pro homine malo atque impio ponuntur.

Cuius tropi usus haec in Punicis collegi exempla. Vocantur Agenor gloria gentis I 88, Murrus mora belli I 479, Pyrena crimen Alcidae III 421, Velinus decus Ausoniae et memorabile nomen IV 484, Cato decus VII 691 sq, Fabius salus et decus VII 734, Hannibal decus Carthaginis X 88, Paullus decus Ausoniae X 572, Decius decus Capuae XI 158, cf. ib. 308, Hanno decus Libyae XI 603, Tullius clarum decus Volscorum XII 175, Pedianus decus virtutis avitae XII 257, Centenius parvum decus Hannibali XII 465, Scipiadae decus et dolor XIII 384, Lucretia decus pudicitiae XIII 821, *vir fuit, Isthmiacis decus immortale colonis* XIV 341, Scipio salus quondam genitoris et parentis decus XV 183 sq, Nero decus clausorum et spes Romae XV 547 sq, cf. ib. 359, Laelius decus magnum Dardaniae XV 453, Hannibal decus et subsidium patriae XVII 197 sq, Magii nomina celeberrima IV 186 sq, Daphnis nomen ab origine antiqua deductum XIV 462 sq, Dido nomen cognatum XV 746 sq, Hannibal spes patris IV 815, Paullus spes Latio X 48, Livius unica nunc spes XV 647 sq, Eurytus prima spes = primus currentium XVI 505 sq, Fabius spes unica rebus trepidis VII 1, Oppius pars magna Italiae ruinae V 329, Curio pars belli VIII 425 sq, consul lues Poe-

norum V 390, Mauri lues X 603 sq, turmae lues acerba XII 184 sq, Hannibal lues dira XVI 622, Sychaeus exitium et causa leti stragysque V 460 sq, Carmelius honor Soractis VII 662, Annae numen inter Latios honores stare VIII 43, Aeneas causa regni lucisque Didonis VIII 81 sq, Varro momentum rerum VIII 251, Brutus maxima fiducia populis VIII 607, Nealces imperium agminum IX 226, Hannibal pestis, quae ad moenia ruet X 281, Decius virtus horrida et armatum fide pectus rectique cupido et maior Capua mens XI 205—207, Taurea atrox virtus XIII 369 sq, Ennius labes tanta XII 404, Gracchus tutela suorum XII 63, Decius altera curarum XI 377, Jupiter aethereum pondus XIII 629, Pyrrhus origo Hieronymi XIV 94, Marcellus horror Carthaginis XV 340, Belus principium avorum XV 745 sq, Scipiones numina belli XVI 87, Scipio futilis aetas XVI 655, Scipio imbelles anni XVI 656, boves triplicis monstri fama et spactacula i. e. boves, quibus Geryon famam sibi parabat et maxime gloriabatur, VI 629 sq, belua [= elephantus] terror bellorum XVI 473 sq.

2. Restat, ut de iis exemplis agam, quibus substantivum abstractum pro aliqua re a Silio usurpatum est.

Leguntur enim in Punicis *pretium* pro pecunia I 24, *foedera Romana* pro urbe cum Romanis foederata I 447, *morae capuli* pro morantibus capuli partibus I 516 [1]), *morae aeris* pro clipeo morante V 319, *pondus* pro volumine I 523, pro saxo III 643. IX 397, *origo regni* pro effigie, qua origo regni expressa est, II 405, *species* pro effigie II 412, *figura* pro corpore II 646, *divortia* pro viis divergentibus III 419, cf. XIV 236, *regna* pro terra III 666. VIII 108. XIV 38. 72, *umbra* pro locis umbrosis III 675. XIII 894. *umbra Stygia* pro Tartaro XIII 784, *tenebrae* pro Tartaro VII 586. XIII 524. 852, *nox* pro Tartaro VIII 100, *labes* pro limo hispido IV 578, *naufragium* pro partibus navium fractarum X 323. XIV 545, *honor* pro ornamentis X 399, cf. I 59 *honor pacis*, *gradus equorum* pro curru XVI 396.

Addo haec similia, atque quae antea in animantium nominibus enumerandis attuli, exempla. Vocantur a Silio Aegates dedecus parentum I 61 sq, metalla scelerum causae I 231, currus belli decus I 618, cupressi ferale decus X 534, fasces terror X 563 sq, merum illecebrae somni XII 18 sq, securis pondus belligerum XVI 65, ruinae Sagunti principium belli XVII 495.

---

[1]) I. S. van Veenius in Mnemosynae nov. ser. tomi XVI partis 3 pagina 290 „moras" hoc loco legendum esse conecit, qua mutatione opus esse negaverim; cf. IX 218.

V. Signum sensibus subiectum pro dignitate et re, cuius signum est, usurpatum.

Inveniuntur in Punicis dicta *sceptrum et sceptra* pro regno vel imperio I 44. VI 103. VII 562. IX 73. X 41. 482. 628. 645. XI 381. 606. XIII 264. XIV 33. 86. XV 524. XVI 248. 536. XVII 144. 403. 627, [cf. Aen. I 78. 253. III 296, saepius], *fasces* pro imperio consulari VII 541. VIII 216. 236. IX 653. XI 60. 96. 125. 152. XIII 269. XIV 112. XVI 596, [cf. Aen. VI 818.], *secures* pro imperio consulari XI 62, *solium* pro regno vel imperio X 481. XIV 89. XVI 272. 538, [cf. Aen. X 852.], *purpura* pro imperio consulari XI 95. XIV 112, *iugum* pro imperio XI 17, pro servitute IV 3, *vitis Latia* pro centurionis magistratu VI 43. XII 394 sq. 465 sq, *nomen Libyae* pro regno Libyae I 201.

Praeterea exstant *signum et signa* pro cohortibus, agminibus, copiis, exercitu I 465. 683. II 57. 321. III 391. 408. 616. IV 115. 276. 570. 780. V 29. 53. 338. 532. VI 239. 599. 650. VII 97. 383. 521. VIII 8. 36. 224. 623. IX 61. 139. 210. 270. XI 165. 193. 210. 215, 517. 574. XII 11. 174. 288. 351. 541. XIII 11. XIV 179. 257. XV 299. 325. 398. XVI 80. 183. 618. 641. 661. 681. XVII 199. 432, pro bello II 432, *castra* pro bello VI 617, *classicum* pro bello I 271, *litui* pro pugna II 351, *terga* pro fuga IX 413. X 17, *palma* pro victoria III 327. XVI 389, [cf. Aen. V 70. 346. 349. 380. 472. 519.], *tropaeum et tropaea* pro victoria I 221. VI 108. XIV 282. [cf. Aen. XI 224.], *currus* pro triumpho IX 546, *toga* pro pace VI 617. VIII 259.

Accedunt *templum* pro cultu deorum I 102, *palmae* pro veneratione deorum VII 456, *tripodes* pro sacerdotio XIII 401, *vincula* pro servitute III 37, pro potestate III 511, *catenae* pro servitute III 37. XVII 367, *crux* pro supplicio I 181, *carcer* pro servitute VI 475, *manus* pro potestate IX 567, *taeda et taedae* pro nuptiis II 184. 628. V 291. VI 447. VIII 54. XIII 547. XVII 73, [cf. Aen. IV 18. 339. VII 388.], pro amore III 64, *torus et tori* pro matrimonio III 111. VII 466. VIII. 119. XI 292, *fax* pro amore XVII 73, *hymenaei* pro nuptiis XVII 79 [cf. Aen. VII 344. 358. 555. saepius], *cunabula* pro eruditione III 81, *mensae* pro convivio X 375. XI 284. XIII 483, *thyrsi* pro Bacchanalibus III 393.

Denique commemoraverim a Silio posita esse:

Latios focos pro Latii domibus VI 470 sq., *aratrum* pro agricultura VIII 366. 398, *rastra* pro agricultura VIII 461, *rus* pro agricultura VIII 550.

IV. Homines rem possidentes et res possessa inter se mutantur.

a. Res possessa pro homine possidente posita.

Leguntur in Punicis *arma* pro armatis militibus vel exercitu I 567. 662. II 21. 36. 46. 303. 312. 387. 455. III 117. 592. IV 50. 158. V 3. 98. 114. 125. VI 24. 649. VII 61. 253. 281. 375. 635. 739. VIII 34. 278. 285. 315. 577. 604. IX 100. 273. 579. X 16. 310. 622. XI 76. XII 164. 196. 421. 482. 489. XIII 43. 98. 139. 217. 878. XIV 91. 115. 120. 193. 278. 526. XV 14. 278. 293. 435. 514. 529. 544. 551. 567. 580. 599. 602. 818. XVI 78. 257. 623. 639. 686. XVII 61. 75. 90. 172. 192. 292. 378. 388, [cf. Aen. X 150. 672. 796, saepius.], cf. I 682, III 432, *ensis* pro militibus II 22. III 120. IV 342. 386. 608. V 413. X 5. XI 398. 598. XII 423. 631. 672. XIV 175, [cf. Aen. IX 400 sq.], *tela* pro exercitu VII 147, pro singulis viris, qui tela iaciunt V 515, pro militibus VIII 618. X 2. XII 378. XIII 141. 145. XV 296, 332. XVII 225, [cf. Aen. IX 796. XII 305. 682.], *sagitta* pro viro sagittario II 101, *cornus* pro viro sagittario IV 550, *pila* pro viris, qui pila iaciunt, IV 550, *hasta* pro viris hastatis IV 569. 609, *securis* pro viris securibus armatis V 507, *gladii* pro peditibus VII 270, *litui* pro equitibus VII 270, *chelys* pro citharoedo XI 441, *remus* pro remige VI 362, *gubernaculum* pro gubernatore XIV 407, *aratrum* pro aratore XIV 23, *acus* pro artifice, qui acu utitur, XV 427, *toga* pro Romanis XVI 76, *fasces* pro lictoribus VI 444. VIII 484, *funale* pro viro, qui funale portat VI 667, *curules [sellae]* pro viris, qui munere curuli fungebantur aut functi erant, X 587, *Idalia sagitta* pro Venere vel amore V 19, *tridens* pro Neptuno XIV 13, *sol* pro Phoebo XVII 639, *regna* pro rege XIII 728. 890. XVII 146, regibus XVI 534.

b. Homo rem possidens pro re possessa positus.

Nonnumquam Silius populos pro terris posuit, velut exstant *Gravii* pro terra Graviorum I 235, *Celtae* pro terra Celtarum IX 236, *Tyrrheni* pro Etruria VI 597, *Indi* pro terra Indorum VIII 408. XV 79. XVII 647, *Umbri* pro terra Umbrorum VIII 447, *Batulus urbs* pro agris Batulinorum VIII 564, *Nucrae* pro agris Nucriensium VIII 564, *Aquinas* pro Aquino XII 528, *Daphae* pro terra Dapharum XIII 764, *Seres* pro terra Serum XV 79, *superi* pro caelo III 652. V 394, *populi* pro terris V 622, *manes* pro Tartaro II 512. 679. III 484. IV 340. V 374. 563. 576. 596. VI 423. X 8. 288. XII 419. XIII 536. 788. XIV 240. XVII 38. 267, *umbrae* [= animae mortuorum] pro Tartaro I 439. IV 396. VII

102. XI 142. 255. XIV 42. 247. XV 65. 372. 386. 467. 665. XVI 541. XVII 462, *Tarpeius pater* pro Capitolio IV 48, *Oebalii nepotes* pro arce ipsorum XII 451, *Typhoeus* pro Aetna XIV 196, *Lagus* pro Aegypto XVII 591.

Praeterea leguntur *dextra* pro ense IV 458, pro quovis telo IV 542. 663, *frater* pro virtute fratris III 240, *fera* pro natura ferae XIII 120, *remex* pro remis VII 412, *iuvenis* pro iuventute VII 596, *Jupiter* pro fulmine VI 642, pro caelo vel tempestate XII 21, *Hanno* pro exercitu Hannonis XII 749, *Hannibal* pro Hannibale cum exercitu XVI I. 686, pro virtute atque audacia Hannibalis I 345 sq' *haustusque medullis Hannibal exagitat* = Hannibalis audacia animis concepta milites exagitantur.

Denique hoc loco commemorem, Silium nonnusquam personas es res pro imaginibus earum posuisse. Exstant enim *parens* pro statua parentis I 87, *Agenor* pro statua Agenoris I 88, *series nepotum* pro serie statuarum nepotum I 87 sq, *Phoenix* pro statua Phoenicis I 89, *Scylla* pro imagine Scyllae V 135, *lupa* pro imagine lupae V 144, *penates* pro imaginibus penatium XII 315, *Jupiter* pro statua Jovis in Capitolio posito XII 643. XV 804. XVII 226, *Minerva* pro effigie Minervae XIII 78, *Hammon* pro imagine Hammonis XIV 438. 459, *numen* pro effigie numinis XVII 5. 13, *Carthago* pro simulacro Carthaginis XVII 635, *Syrtis* pro simulacro Syrtis XVII 634, *Gades* pro simulacro Gadium XVII 637, *Calpe* pro simulacro Calpae XVII 638, *Baetis* pro simulacro Baetis XVII 638, *Pyrene* pro simulacro Pyrenae XVI 641, *Hiberus* pro simulacro Hiberi XVII 641.

E. De hyperbola.

Hyperbola, quam a veteribus viris grammaticis et huius aetatis viris doctis modo in troporum modo in figurarum numero habitam [1]) ego Volkmannium [2]) secutus in illos retuli, a Tryphone [Spengel Rh. Ser. III |p. 198.] sic definitur: „*Ὑπερβολή ἐστι φράσις ὑπεραίρουσα τὴν ἀλήθειαν αὐξήσεως ἢ μειώσεως χάριν*". Similiter Quintilianus [VIII 6. 67.] vim eius adumbrat, cum dicit: „Est haec [sc. hyperbola] decens veri superiectio: virtus eius ex diverso par, augendi atque minuendi", ad quae verba prope accedunt haec Cornificii [IV 33]: „Superlatio est oratio superans veritatem, alicuius augendi minuendive causa".

---

1) Cf. Gerber l. l. I p. 30 et 32, II ² q. 2 et 24.
2) Cf. Volkmann l. l. q. 439 sq.

1. Montium altitudinem Silius sic descripsit:

II. 353 sq: *Proinde polo crescant Alpes astrisque coruscos Apenninus agat scopulos, per saxa nivesque per caelum est, qui pandat iter,* cf. I 202 sq., III 90 sq: *Nos clausae nivibus rupes suppostaque caelo saxa manent,* IV 2 sq: *Et saxa minantia caelo accepisse iugum* [fama est], IV 741 sq: *Horrebat . . . . . summo piniferum caelo miscens caput Appenninus,* V 386 sq: *Fulmine nunc Alpes, nunc mixto Ceraunia caelo intremuere,* VIII 654 sq: *Scopulisque in nubila iactis Phlegraeus tetigit trepidantia sidera vertex,* XI 217: *Cui patuere Alpes, saxa immanentia caelo,* XV 166 sq: *Hinc gurgite ab alto tellurem procul irrupentem in sidera cernunt,* XV 511 sq: *Neve usque ad sidera adisse invideat laevus nobis deus* = Alpes transiisse, XVII 318 sq: *Vidi certantia caelo quas iuga calcantes summas volitare per Alpes,* XVII 640 sq: *Frondosumque apicem subigens ad sidera mater bellorum fera Pyrene.*

2. Similiter Silius arborum, silvarum, nivis altiduninem hoc modo in maius tollit:

III 675 sq: *Has umbras nemorum et connexa cacumina caelo . . . calcatosque Jovi lucos . . adora,* III 689: *Qualesque premunt nunc sidera quercus,* IV 743 sq: *Condiderat nix alta trabes et vertice celso Canus apex structa surgebat ad astra pruina,* V 48 sq: *Aesculus, umbrosum magnas super ardua silvas Nubibus insertans altis caput,* V 485 sq: *Par iuxta quercus, longum molita per aevum Vertice canenti proferre sub astra cacumen.*

3. Ut omnes fere poetae ita Silius, ut venti procellaeque vim describeret, undas maris et naves ab iis ad caelum sublatas fecit, velut:

I 468: *Aegaeo surgente ad sidera ponto,* III 526 sq: *Volvensque per orbem [procella] Contorto rotat in nubes sublimia flatu,* III 652: *Nos tulit ad superos perfundens sidera Syrtis,* V 253 sq, ubi ἀδύνατον, quod vocant, exstat his verbis: *Trasumenus in altos Ascendit citius colles, quam sanguine roret iste pio ramus,* IX 283 sq: *Inclusam rabiem ac sparsuras astra procellas Parturit unda freti,* XIII 587: *Permiscere fretum caelo* [gaudens], XIV 255: *Atque iterum e fundo iaculantem ad sidera puppes . . . cernunt Charybdim,* XV 714: *Cum pelago caelum permiscuit Eurus,* XVII 377: *Miscere hic sidera ponto* [volet].

4. Gloriam hominum eorumque factorum Silius his locis ad astra se tollentem fecit:

I 159: *Ordior arma, quibus caelo se gloria tollit Aeneadum,* I 277: *Caeloque ea facta ferebat,* I 337: *Ac tollit sub sidera gentem,*

II 612 sq: *Inde opus agressi, toto quod nobile mundo Aeternum invictis infelix gloria servat,* III 163 sq: *Tum pater omnipotens . . gentem Dardaniam . . . fama saevorum tollere ad astra factorum meditans,* III 594 sq: *Exin se Curibus virtus caelestis ad astra Efferet,* VII 19: *Surge, age et emerito sacrum caput insere caelo,* VII 94 sq: *Summumque decus, quo tolles ad astra Imperii, Romane, caput,* VIII 293 sq: *Sed genus admotum superis summumque per altos Attingebat avos caelum,* VIII 593 sq: *Mantua Musarum domus atque ad sidera cantu Evecta Aonio,* X 308: *Misitque viri inter sidera nomen,* XII 411: *Attolletque duces caelo* [Ennius], XIII 791: *Ac vestram tulit usque ad sidera Troiam,*

quibus exemplis „ἀδύνατον“ illud addiderim, quod exstat XVII 606 sq: *Caelum licet omne soluta In caput hoc compage ruat terraeque dehiscant, Non ullo Cannas abolebis, Jupiter, aevo.*

5. Celeritatem hominum Silius ita descripsit:

XIII 242: *Ventis fugit ocior* et XVI 335: *Et ventos post terga relinquit,*

6. barbarum longitudinem sic:

XIII 310 sq: *Nunc properis in pectora barbis Verrere humum* et Heraclis corporis altitudinem his verbis: XVII 650: *Incessit campis tangens Tirynthius astra.*

7. De clamorum vehementia et claritate Silius hunc in modum cecinit:

V 393 sq: *Clamor vario discrimine vocum Fert belli rabiem ad superos et sidera pulsat,* XVI 95: *Tonuere feris clamoribus astra,* XVI 319: *Tollitur in caelum furiali turbine clamor,* XVI 437: *Et questus ad sidera fusi,* XVII 386 sq: *Et clamore lacessunt sidera.*

8. Multarum aliarum rerum altitudo a Silio ita demonstratur, ut ad astra eas sublatas esse dicat, velut:

II 599 sq: *Certatim structus subrectae molis ad astra In media stetit urbe rogus,* II 658 sq: *Erigit atro Nigrantem fumo rogus alta ad sidera nubem,* III 624: *Et iunget nostro templorum culmina caelo,* VI 185 sq: *Tantus disiecta tellure sub astra coruscum Extulit ad surgens caput* [anguis], VI 272: *Et solitum in nubes tolli caput* [anguis], XII 123 sq: *Letale vomebat subfuso virus caelo,* XVII 449 sq: *Lateque per auras Undantem torquet perfundens nubila tabem,* XVII 592 sq: *Ad astra Evomit pastos per saecula Verbius ignes,* VIII 434 sq: *Clipeata procul sub sole corusco Agmina sanguinea vibrant in nubila luce,* IX 241: *Et erectos attollit* [elephas] *ad aethera muros* [= turres in dorso positas], XIV 300: *Turris, multiplici surgens ad sidera tecto,* XIV 505 sq: *Seu splendentem*

sub sidera nisu Exigeret discum, iaculo seu nubila supra Surgeret, XV 388: *Protinus exstruitur caeloque producitur ara,* XVI 325 sq: *Fulvus harenosa surgens tellure sub auras Erigitur globus atque operit caligine densa Cornipedumque vias aurigarumque labores.*

9. Multas res Silius centum vel mille esse, id quod nos et ipsi facere solemus, his locis simulavit:

IX 205: *Rura . . . centum Cereri fructicantia culmis,* XIII 150: *Et merita mille inter proelia fama,* XIII 593: *Dum fractis milel catenis circumligat;* addo XVI 171 sq: *Quo iura petebant Innumerae gentes.*

10. Denique hos locos adiungo:

I 303 sq: *Scita patrum et leges et iura fidemque deosque In dextra nunc esse sua* [Hannibal gloriabatur], IV 324 sq: *Advolat aurato praefulgens murice ductor Sidonius, circaque Metus Terrorque Furorque,* V 398 sq: *Dant gemitum scopuli fractasque in rupibus undas Audit Tartessos latis distermina terris, Audit non parvo divisus gurgite Lixus.*

11. Sequuntur aliquot exempla, quibus Silius ingenio nimis indulsit:

IX 326 sq: *Caelumque et sidera pendens Abstulit ingestis nox densa sub aethera telis,* IX 445 sq: *Summaque in casside largus Undantes volvit flammas ad sidera vertex,* X 547 sq: *Constructus acervo Ingenti mons armorum surgebat ad astra,* XIV 208 sq: *Altor equorum Mille rapit turmam atque hinnitibus aera flammat Pulveream volvens Agragas ad inania nubem,* XVII 65 sq: *Densaeque per auras Condebant iaculis stridentibus aethera nubes,* XVII 103 sq: *Semiustaque castra Ardenti volitant per nubila summa favilla,* XVII 178: *Et luceret sceleratis Africa flammis,* IX 466 sq: *Hic dea convulsam rapido conamine partem Vicini montis scopulisque horrentia saxa In Martem furibunda iacit longeque relatos Expavit sonitus tremefacto litore Sason,* XIII 141: *Et telis in morem indaginis ambit* [sc. urbem Capuam], XIV 324: *Et mediam revocata* [manus ferrea] *ferebat in urbem* [bellantes], XIV 350 sq: *Non illum mundi numerasse capacis harenas Vana fides.*

F. De ironia.

Figurae et tropi quaedam ut perquam tenui limite dividuntur, ita ironia ab aliis inter figuras sententiae, ab aliis inter tropos relata est. Quintilianus autem mihi verum vidisse videtur, alias ironiae species tropis, alias figuris subiungendas esse ratus. Sed

iam ipsum audiamus [IX 2. 44 sq]: „*Εἰρωνείαν* inveni, inquit, qui dissimulationem vocaret: quo nomine quia parum totius huius figurae vires videntur ostendi, nimirum sicut in plerisque erimus graeca appellatione contenti, igitur *εἰρωνεία*, quae est schema, ab illa, quae est tropos, genere ipso nihil admodum distat [in utroque enim contrarium ei, quod dicitur, intellegendum est], species vero prudentius intuenti diversas esse facile est deprendere, primum quod tropos apertior est, et, quamquam aliud dicit ac sentit, non aliud tamen simulat, nam et omnia circa fere recta sunt, ut illud in Catilinam: a quo repudiatus ad sodalem tuum, virum optimum Metellum demigrasti. in duobus demum verbis est ironia, ergo etiam brevior est tropos, at in figura totius voluntatis fictio est, apparens magis quam confessa, ut illic verba sint verbis diversa, hic sensus sermoni et voci et tota interim causae conformatio; cum etiam vita universa ironiam habere videatur, qualis est visa Socratis."

Neque tamen cum Quintiliano ceteri veteres grammatici consentiunt, e quibus Anaximenes [Spengel Rh. Gr. I p. 208] in Rhet. 21 ironiae tropum sic definit: *Εἰρωνεία δέ ἐστι λέγειν τι μὴ προσποιούμενον λέγειν, ἢ ἐν τοῖς ἐναντίοις ὀνόμασι τὰ πράγματα προσαγορεύειν.*" Tryphon et ipse ironiam tropum esse voluit et, quid sit, his verbis explicavit [Spengel Rh. Gr. III p. 205]: „*Εἰρωνεία ἐστὶ λόγος διὰ τοῦ ἐναντίου τὸ ἐναντίον μετά τινος ἠθικῆς ὑποκρίσεως δηλῶν.*" Similia denique Isidori [p. 520] de ironia verba sunt haec: *Ironia est, cum per similitudinem diversum, quam dicit, intellegi cupit. Fit autem, aut cum laudamus eum, quem vituperare volumus, aut vituperamus, quem laudare volumus.* Hoc cum satis raro inveniatur, anonymi cuiusdam veteris grammatici ironiae definitio, quae apud Spengelium [Rh. Gr. III p. 140] exstat, cum brevior tum plerisque locis aptior videtur esse, cum ironiam „*ἔμφασιν κακίας δι' εὐφήμων ῥημάτων*" significat.

Ipse Quintilianus, ubi de *tropo* ironiae loquitur [VIII 6. 54 sq], haec de ea dicit: *In eo vero genere, quo contraria ostenduntur, ironia est: illusionem vocant, quae aut pronuntiatione intellegitur aut persona aut rei natura.* Pergit [ib. 57]: *Praeter haec usus est allegoriae* [1]*), ut tristia dicamus mollioribus verbis urbanitatis gratia aut quaedam contrariis significemus.* Species vero ironiae esse dicit „*σαρκασμὸν ἀστεισμόν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν*".

Equidem, etsi, ut supra dixi, quasdam ironiae species figuris adnumerandas esse censeo, tamen ne infra cum de figuris dispu-

[1]) cuius speciem ironiam intellegit.

tabo, iterum mihi de ea dicendum sit, quid veteres grammatici de ironia tradiderint, satis habeo attulisse et iam hic de omnibus eius generibus, quae in Punicis inveniuntur, accuratius agam.

I. De sarcasmo vel exacerbatione.

Est σαρκασμός acerbissima ironia, *plena odio,* ut inquit Beda *[p. 616], atque hostilis irrisio,* quae secundum Herodianum [Spengel Rh. Gr. III p. 92] „μετὰ σεσηρότος τοῦ προσώπου" appellata est. Cuius ironiae haec in Punicis inveni exempla:

I 384 sq Murrus Aradum hasta prostratum sic irridet: *Fallax Poene, iaces: certe Capitolia primus Scandebas victor! quae tanta licentia voti? Nunc Stygio fer bella Jovi!* et postea, dum ora iam leto singultantia calcat, acerbissime addit I 389: *Hac iter est, inquit, vobis ad moenia Romae. O metuenda manus! sic quo properatis eundum.* I 389 sp Ladmus Hiberum, priusquam gladio eum caedit, sic saevis verbis alloquitur: *Narrabis Hamilcaris umbris Hanc, inquit, dextram, quae iam post funera vulgi Hannibalem vobis comitem dabit.* I 443 sq Daunus ad Hannibalem in proelio ante Sagunti moenia exorto dicit: *Quaenam te, Poene, paternae Huc adigunt Furiae? Non haec Sidonia tecta feminea fabricata manu pretiove parata Exsulibusve datum dimensis litus harenis.*

I 486 sq Murrus, qui urbis Sagunti porta aliqua reclusa Poenos moenia subeuntes fortiter et ingenti caede repellit, tandem cum Hannibale congressus, postquam hic foedus a Romanis cum Hasdrubale renovatum irrisit, v. 483 sic ei respondet: *Exoptatus ades, mens olim proelia poscit Speque tui flagrat capitis, fer debita fraudum Praemia et Italiam tellure inquire sub ima* et pergit ib. 486 sq cum sarcasmo: *Longum in Dardanios fines iter, atque nivalem Pyrenen Alpesque tibi mea dextera donat.*

Similia sarcasmi exempla in Iliade saepius legi cum vel cuivis notum sit, exempla eius non afferam. XV 798 sq Claudius Nero consul, dum Hasdrubalem iaculo ictum et vulneratum gladio obtruncat, *Si qua sub extremo casu mandata referri Germano vis forte tuo, portabimus* inquit. XVI 75 sq Scipio Hannonem pugna in Hispania commissa vivum captum, cum manibus post tergum revinctis per medios Romanos duceretur, his verbis irridet: *Tanta, en, qui regna reposcant, Quis cedat toga et armiferi gens sacra Quirini! Servitio si tam faciles, cur bella refertis?*

Hic etiam plura sarcasmi exempla forsitan afferri possint; sed cum de iis non satis constet, illusioni ea subiunxi.

II. De illusione.

Lenior sarcasmo illusio est ad eamque potissimum spectant eae ironiae definitiones, quas supra attuli. Transeo igitur statim ad singula eius exempla, quae in Punicis occurrunt, enumeranda. I 342 sq Hannibal, cum castris urbi Saguntinorum admotis milites suos ad vallum invadendum murosque superandos hortatur atque incitat, his verbis finem orationi facit: *En bona virtus Primitiaeque ducis! Taline implere paramus Italiam fama? tales praemittere pugnas?* I 478 sq Hannibal Murrum, qui Poenis urbem Saguntinorum aggressis fortissime resistit, sic illudit: *En, qui res Libycas inceptaque tanta retardet, Romani Murrus belli mora! Foedera faxo. Iam noscas quid vana queant et vester Hiberus* atque maxime impie et amare pergit: *Fer tecum castamque fidem servataque iura, Deceptos mihi linque deos!* Cum ironia et ipsa verba Hannibalis dicta sunt, quibus I 509—514 ab Hercule auxilium petit. II 30—35 Hannibal Romam, cum legatos, qui ad eum deposcendum venerant, vidisset, acerbe sic alloquitur: *Ne deposce, adero. Dabitur tibi copia nostri ante expectatum, portisque focisque timebis Quae nunc externos defendis, Roma, penates. Tarpeios iterum scopulos praeruptaque saxa Scandatis licet et celsam migretis in arcem Nullo iam capti vitam pensabitis auro;* paulo post inde a versu 44 haec dicit: *Poscimur, o socii, Fabiusque e puppe catenas Ostentat dominique vocat nos ira senatus . . . Nam cur, Eoi deductus origine Beli Tot Libyae populis, tot circumfusus Hiberis Servitium perferre negem? Rhoeteius imo Imperet aeternum et populis saeclisque propaget Regna ferox, nos iussa virum nutusque tremamus.*

II 240 sq Hannibal ad Theronem, qui in Sagunto defendenda magnam hostium multitudinem clava prostraverat ipsamque Asbytam, Iarbae, Gaetulorum regis, filiam, interfecerat interfectaeque caput hastae praefixum ostentabat: *Tu solve interea nobis, bone ianitor urbis, Supplicium, ut pandas, inquit, tua moenia leto.*

Similis locus exstat VIII 269 sq, ubi Silius C. Terentium Varronem consulem creatum se, quo die hostem vidisset, Poenorum bello atque impotenti patrum dominationi finem facturum esse gloriatum Fabium illum dictatorem cum ironia sic increpantem fecit:

Exaudi, bone dictator, quid Martia plebes Imperitet; cf. XI 567 *bone victor.* II 258 Hannibal eundem illum Theronem clipeo stratum sic irridet: *I, miseram Asbyten leto solare propinquo!* Ib. 330 sq. Gestar acerbe ad Hannonem in senatu Carthaginiensium

Concilione, inquit, Libyae Tyrioque senatu Pro superi! Ausonius miles sedet? Armaque tantum Haud dum sumpta viro? Nam cetera non latet hostis.

IV 72 P. Cornelius Scipio ante proelium ad Ticinum flumen commissum Alpes contemptim *colles* vocat, cum dicit versu 70 et iis, qui sequuntur:

En age qui sacros montes rupesque profundas Transsiluit. Discat, quanto stat celsius arce Herculea vallum et maius sit, scandere colles, An vestros rupisse globos.

IV 503 sq Hannibal Pado traiecto, ut Sempronium consulem ad novam pugnam eliceret, cum ironia sic gloriatus est:

Feriant nunc foedera mecum Ductores Italum ac leges et pacta reposcant!

Imilca, Hannibalis uxor, cum Carthagenienses filium Hannibalis sacro Dianae postulassent, IV 787 sq acerbe questa sic pergit:

I nunc, Ausonios ferro populare penates Et vetitas mollire vias! I pacta resigna Per cunctos iurata deos! Sic praemia reddit Carthago et tales iam nunc tibi solvit honores.

V 162 sq. Flaminius consul, cum suos adhortatur, dicit: *Nam dum vos augur et extis quaesitae fibrae vanusque moratur haruspex Solum iam superest, Tarpeio imponere castra.*

V 317 sq Appius, postquam Isalcem caesit, Magonem, generum eius, qui ad Isalcis mortem vindicandam approperabat, cum acerba irrisione sic alloquitur: *Si qua tibi pietas, ictum ne desere foedus, Et generum comitare, socer!*

V 633 sq Flaminius consul suos, qui pugna ad lacum Trasumenum commissa fuga salutem petere coeperant, sic increpat: *Quid deinde, quid, oro, Restat, io, profugis? Vos en ad moenia Romae Ducitis Hannibalem: vos in Tarpeia Tonantis Tecta faces ferrumque datis.*

VII 710 sq. Qu. Fabius dictator, cum Minucium, magistrum equitum, ab Hannibale circumclusum a periculo liberaturus esset, Qu. Fabii filii animum his verbis inflammare studuit: *Fortissime, labem Hanc pellamus, ait, Poenoque ob mitia facta, Quod nullos nostris ignes disperserit arvis Dignum expendamus pretium.*

XI 236 sq. Hannibal Decium Capuanum, qui unus foedus cum Hannibale faciendum civibus dissuaserat, comprehensum sic increpitat: *O demens, en, qui divum mihi munera tanta Eripiat. Decio prorsus servabor inerti Vincendus. Decio imbelli, cui femina nulla Orta in Agenoreis nostrae Carthaginis oris Cesserit.*

XI 603 sq Barcinae gentis fautores Hannonem, qui Hannibali

auxilium mittendum esse acri oratione negaverat, clamoribus interpellatum sic illudunt! *Si, Libyae decus, haud ulli superabilis armis Hannibal est irae tibi, destituemus ad ipsas Victorem metas?*

Xll 45 sq Hannibal, cum frustra Cumas expugnare studeret, militum animos his verbis erigere conatus est: *En, qui nos segnes et nescire addere cursum Fatis iactastis, quod vobis scandere nuper Non acie ex ipsa concessum moenia Romae, Intrate atque epulas promissas sede Tonantis His, quae Graia manus defendit, reddite tectis.*

Xll 583 idem urbem Romam oppugnaturus copias ad pristinam virtutem tuendam his verbis excitare studuit: *Intratam Senonum capietis millibus urbem Assuetamque capi: Fortasse curulibus altis Iam vos, exemplo proavorum, ad nobile letum Exspectant de more senes mortique parantur.*

Cum vero procella subito orta oppugnanda urbe desistere coactus esset, exclamat Xll 633 sq: *Ventis debebis nimirum hiemisque procellis Unum, Roma, diem. Sed non te crastina nobis Lux unquam eripiet, descendat Jupiter ipse In terras licet.*

Xlll 15 sq idem ignaviam militum, qui nullo vulnere accepto imbre ac tempestate a Roma discessissent, ita exprobrat, ut eos Carthagini causam fugae interroganti respondentes faciat: *Imbres, o patria, et mixtos cum grandine nimbos Et tonitrus fugio.*

XV 474 sq Silius Hasdrubalem, qui a Scipione in Hispania victus in Galliam transgressus Italiam petebat, sic illudit: *Italiam profugus spectabat et Alpes, Praemia magna fugae.*

XV 762 sq. Livius Salinator consul, cum ab Hasdrubale in pugna ad Metaurum commissa leviter vulneratus esset, suos, qui hoc visu turbati fugae se daturi erant, his verbis increpitavit: *Femineis laesum vana inter cornua corpus Unguibus aut palmis credas puerilibus ictum.*

XVl 612 sq. Qu. Fabius Maximus, cum Scipio consul creatus, ut Africa sibi provincia extra sortem destinaretur, a senatu petivisset, prius Hannibalem ex Italia repellendum esse ratus, ne illud, fieret, sic cum ironia dissuasit: *Hostis enim deest Ausoniae; nec vincere nobis Est satis Hannibalem* et idem XVl 636 sq pergit: *Tu consul abire A victore paras hoste atque avellere nobis Scilicet hoc astu Poenum?*

Cui respondens Scipio belli a se in Hispania optime gesti admonet, cum dicit ib. inde a versu 648: *Non Fabio, non, quis eadem est sententia cordi, Quoquam ad opem verso, fateor primoribus annis Excepi nubem belli solusque ruenti Obieci caelo caput atque in me omnia verti. Tum grandaeva manus puero male cre-*

dita bella. Atque idem hic vates temeraria coepta canebat, atque pergit inde a versu 655: *Puer ille et futilis aetas Imbellesque anni necdum maturus ad arma Scipio restituit terras inlaesus Hiberas Troiugenis.*

XVII 200 Hannibal, postquam se Carthaginem rediturum esse dixit, orationi his acerbissimis verbis finem facit: *Et te servabimus, Hannon!*

III. De antiphrasi.

Antiphrasis tropus a Tryphone [l. l. p. 204.] sic definitur: „*Ἀντίφρασίς ἐστι λέξις διὰ τοῦ ἐναντίου ἢ παρακειμένου τὸ ἐναντίον παριστῶσα χωρὶς ὑποκρίσεως*". Plerumque antiphrasis vocatur litotes, quam Servius [ad Aen. I 77.] fieri ait, quotiescumque minus dicamus et plus significemus per contrarium intellegentes.

1. Usitatissima antiphrasis species sine dubio est, cum nomine adiectivo vel adverbio vel coniunctione cum particula negante coniunctis contrarium illorum verborum intellegendum est, id quod orationis vis et gravitatis causa fit, velutsi *haud felix* legitur pro *infelicissimus.* Cuius tropi exempla cum permulta in omnium poetarum scriptis exstent, haec pauca ex Punicis petita afferam. Legitur enim I 113 subicitque haud mollia dictu, V 400 audit non parvo divisus gurgite Lixus, XI 106 non umquam sobria pubes, XIII 574 non uno Cerberus ore, ib. 606 sq non digna nec aequa passi, ib. 614 non tardis passibus, ib. 627 sine honore dies, ib. 723 non unquam, ib. 737 non miti vultu, ib. 774 haud unquam, ib. 787 non parvum numen, ib. 835 non ullos labores satis exhaustura, XIV 40 non fausta ad proelia, ib. 48 nec Zanclaea gerunt obscuram moenia famam, ib. 50 haud ullum, XIV 55 non aequus Mulciber, ib. 83 haud facilis temerare fidem, ib. 273 sq nec maior Megara Mute, ib. 350 sq. non vana fides, ib. 472 non umquam tempore eodem, ib. 641 sq non ulla oppida, ib. 654 non usquam, XV 21 haud paullum mortali maior imago, ib. 33 non digne puer, ib. 48 haud umquam, ib. 191. nec segnis, ib. 295 non ullo nomine, ib. 338 haud ullis periculis tremefacta, ib. 407 non toto die = parte diei, ib. 596 non aequi crimine vulgi, ib. 721 cadit uno vulnere Shyrmis, non uno Rhodanus, ib. 756 haud felix, ib. 757 nec multo tincta cruore, ib. 800 leto non terreor ullo, XVI 39 non aequam umbram fundere, ib. 102 haud ullus hiatus, ib. 220 haud deformis, ib. 256 non ullus scilicet ulli aequus caelicolum, ib. 360 non umquam, ib. 633 haud segnis, XVII 34 non aequa fama, ib. 76 non extrema, ib. 141. non umquam, ib. 176 non una concessa fuga, ib. 304 non unum vulnus, ib. 387 non

alio tempore, ib. 580 non gratam servat salutem, ib. 582 non ullum Hannibalem cernit, ib. 608 non ullo aevo, ib. 643 non ulla [imago].

Satis habeo hos locos attulisse, ut Silium huic ironiae speciei valde indulsisse demonstrarem. Permagnum enim, quem ex ceteris quoque Punicorum libris congessi, numerum exemplorum totum adscribere nil attinet.

2. Rarius Silius eam antiphrasis speciem adhibuit, qua duobus vocabulis negantibus contrarium cum vehementia quadam significatur, velut invenitur:

V 334 *„nulli non saucius hosti“* = omnibus hostibus saucius, VI 136 sq *nec cuiquam Marus est post talia dona non praelatus eques* = omnibus praelatus est, VI 479 sq *at non Carthago, fraudum domus, inscia, quantum e nobis restet* = optime scit, XI 43 *et nulla macula non inlita vita* = vita omni macula inlita, XI 201 *dum ea nequidquam non ulli laeta praefatur,* = omnibus laeta, XIII 17 sq *nisi luce serena nescire Martem agitare,* id quod in prosa idem usitatissimum est, XIII 678 sq. *pro barbara numquam inpolluta fides* pro semper polluta fide, XIII 759 sq *nullo non tempore abundans umbrarum huc agitur torrens* = semper abundans torrens, XIV 91 sq *iamque brevi nullum, delicta tuentibus armis Fas notum ignotumque nefas* = iamque brevi nullum fas notum est nullumque nefas ignotum = omne nefas notum est, XV 28 sq *Nullaque tum Phrygio steterant tentoria campo Captivis non plena toris* = omnia tentoria captivis virginibus plena erant, XV 303 sq *Nec portus Ithacae, Laertia regna, Samenque Liquit inaccessum* = adiit Samen, XVI 57 *nulla belli non parte timendus* = omni belli parte timendus, XVI 161 sq. *nec enim sunt talia rerum Non meditata mihi* = sunt meditata, XVI 323 *ac nulli mentem non abstulit ardor* = omnibus ardor mentem abstulit, XVI 572 *Cui ludus, nullam cursu non tollere damam* = omnes damas tollere, XVII 157 *ne lentus nullas videat Carthaginis arces* = ne, si nimis lentus sit, Carthaginis arces dirutas videat. Denique Silius, id quod saepius apud scriptores legitur, gravitatis causa nonnulla enuntiata verbis *nec non* ita inter se coniunxit, ut illud *nec non* vice *atque* coniunctionis fungatur, exempli gratia XIV 203 *nec non altus Eryx* = atque altus Eryx, XV 683 sq *Nec non . . urgebat in hostes* = atque urgebat in hostes, XVI 174 *nec non Marti dilecta iuventus* = atque iuventus Marti dilecta, XVI 554 *nec non argenti, nec non insignia vestis Captivae pretia* = et argenti et insignia vestis captivae pretia.

IV. De oxymoro.

Oxymori apud veteres grammaticos rarissime mentio fit. Unus Donatus ὀξύμωρον figuram esse claris verbis dicit, cum ad Ter. Eun. II 2 12, ubi legitur: *Nihil cum est, nihil defit tamen,* annotat: *Figura ὀξύμωρον. Ut apud Vergilium* [Aen. XI 659] *sequiturque sequentem. Et Cicero* [Cat. I 8] *cum tacent, clamant.* Coniunguntur oxymoro ea verba, quae sententiam inter se contrariam prae se ferunt. Cuius tropi exempla apud Silium haec exstant: I 58 improba virtus, I 424 caneus cruor, I 435 triste decus, cf. VI 587, II 613 infelix gloria, II 632 pietas sinistra, II 650 laudanda monstra, II 657 iniusti dei, III 215 gelidus sudor, cf. XIV 598, III 215 laetus pavor, cf. XVI 431, III 349 sacra voluptas, III 702 sq atra flamma, V 42 sacra rabies, VI 431 terribilis decor, VI 634 crimen laetum, VII 4 viride senium, VII 453 blandum venenum, VIII 561 gratus horror, VIII 609 laeta gravitas, XI 35 probrosus honor, VII 35 sq dulce exitium, XII 125 saevus honor, XII 131 pallens umbra, XII 475 funus laetum, XII 628 caecus ignis, XIII 275 placida venena, XIII 281 virtus punita, XIII 293 improba Erinnys, XIII 447 atri ignes, cf. XIV 421, XIII 773 pigra virtus, XIII 877 turpis salus, XIV 137 molle certamen pati, XIV 151 facile servitium, XIV 202 infidum subsidium, XIV 510 tutum discrimen, XV 679 sacri terrores, XVI 94 stridens murmur, XVI 132 clara monstra, XVII 458 lumen caecum.

Hactenus de Tib. Silii Italici Punicorum tropis. De omnibus enim, quae a veteribus viris grammaticis iis adnumerata sunt, disputare mihi vel ea de causa in animo non fuit, quod, ne levioribus graviora et quae commemoratione digniora sunt tamquam opprimerentur, periculum erat. Silius vero cum res neque tempore haud ita longe remotas et omnibus ex scholarum disciplina non minus, quam ex Livii aliorumque historiis notas scribendas elegisset, quin illorum vestigia persecutus in rebus gravioribus enarrandis eos presse imitaretur, fieri non potuit. Quam ob causam, cum carminis argumento legentium animos haud ita valde excitare posset, orationis ut vigore et alacritate ita vi et gravitate eorum studium et favorem sibi comparare conatus est. Idcirco Homerum et Virgilium auctores secutus ipsos deos agentes, victorias non militum copia, sed certaminibus singulorum reportatas, Hannibalem uxorem filiumque gravi oratione valere iubentem

fecit, Hannibalis clipeum templique Hammonis postes accuratius descripsit, Necuiam, quam vocant, rebus intexuit, Scipionem inter Virtutem et Voluptatem seligentem et Hannibalem pugna apud Zamam commissa cum Scipionis imagine pugnantem finxit.

Neque vero his contentus Silius etiam alio culto orationem exornare atque distinguere magnopere studuit. Nam imprimis poeticae artis ornamentis carmen suum excolere conatus est. Sed, id quod hac commentatione mihi effecisse videor, eorum, ut ita dicam, sumptu adeo extra modum prodiit, ut parum se continens animoque suo imperans nimio putidoque pariter atque quaesito troporum usu aliquoties orationem prorsus obscuram et difficilem ad intellegendum reddiderit legentiumque animos ostentatione virtutis offendat.

Quod idem de Silii rhetoricae artis ornamentis valet. Nam figuras quoque, velut repetitionem et iterationem, ut omnes fere eius aetatis auctores, ad ornandam et exaugendam orationem nimio plus adhibuit, quod altera huius commentationis parte ostenturus eram. Quam ab amplissimo almae litterarum academiae regiae Monasteriensis ordine philosophorum comprobatam huc addere, ne pro libello liber in lucem prodiret, omisi, sed data occasione iuris publici faciam.

Etsi igitur Silius, quod nimis multa nimisque quaesita et poeticae et rhetoricae artis ornamenta carmini suo inseruit, vituperandus est, minime tamen eorum iudicium stat, qui *nimis languidum frigidumque* eius dicendi genus vocaverunt. Immo illius sermonem elegantiorem et ad legendum iucundiorem esse quam multorum aequalium scriptorum maximeque ad Vergilii suavem orationem accedere non dubito contendere; utinam etiam modum ornando statuere potuisset!